**Arguiꝛ octauo ⁊ vltimo.** Prolempsis nō disiungit regimē. qḋ prius ꝯiunxit. igiꝛ littera falsa. ꝓbaꝛ. idē solū facit idem. sed ꝓlempsis est vna ⁊ eadē figura ergo nō ꝯiungit ⁊ disiūgit. Maior est aristotelis scḋo de gñatione. Idē solū facit idē. Minor ē nota. q̄ꝛ ꝓlempsis est vna figura de quinq̄ꝫ figuris cōstructiōis. Tenet aūt ꝯsequētia prior. q̄ꝛ ꝯiungere ⁊ disiūgere sunt opposita. modo opposita nō ꝯueniūt vni: vt pꝫ in postṗdicamētis. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ opposita nō ꝯueniūt vni respectu eiusdē: sed bñ respectu diuersoꝝ. ⁊ sic prolempsis ꝯiungit multitudinē grāmaticalē ṗmo sub cōgruitate quā postea disiungit ⁊ diuidit sub discōformitate. Idē agens solū facit idē eodē modo se hñs ⁊ respectu eiusḋ. ſꝫ idē diuersimode se hñs ⁊ respectu diuersoꝝ bene facit diuersa. vt sol indurat lutū ⁊ liquefacit cerā. Et tm̄ de prolempsi.

## De zeumate.

At q̄d ꝓposuit extra summēdo reducit
Hi ꝓperant & ego. tu ludis & ille sedēdo.

**Utrū alexādri** de zeumate in textu determīatio sit sufficiēs ⁊ cōpleta. Pro intellectione q̄stionis mote. Notandū est ṗmo ꝙ zeuma est duplex. scꝫ locutionis ⁊ constructiōis. Zeuma locutiōis est in qua ṗmittiꝛ suppositū cū apposito. vel adiectiuū cū substātiuo sub ꝯformitate accidētiū grāmaticaliū. ⁊ postea fit subiūctio alterius suppositi vel substantiui. etiā sub ꝯformitate accidentiū grāmaticaliū. vt iohānes legit ⁊ petrꝰ. Catherina est alba ⁊ barbara. ⁊ de tali nō est ad ꝓpositū. Sꝫ zeuma cōstructiōis est ꝯstructio in qua ṗmittiꝛ suppositū cū apposito vel adiectiuū cū substātiuo sub ꝯformitate accidentiū grāmaticaliuꝫ. ⁊ postea mediante aliquo signo scꝫ aduerbio vl̄ ꝯiunctiōe fit subiunctio alterꝰ suppositi vel substātiui respectu eiusdē vbi vel adiectiui expresse positi. sed subintellecti ſm̄ se vel eius ꝯdeclineū subdiscōformitate accidētiū grāmaticaliū. Exemplū de supposito vt vos studetis ⁊ ego. Exm̄ de adiectiuo. Iste est albus ⁊ mulier sua.

**Notandū scḋo ꝑ meliori intellectu diffinitiōis ipius zeumatis.** Zeuma differt a ꝓlempsi tripliciꝛ. Primo. q̄ꝛ ī zeumate reperiꝛ ꝯiunctio vel aduerbiū. sed in prolempsi nō. Scḋo differunt quia prolempsis fit per nomē distributiuū vel nomē collectiuū vl̄ aliā dictionē pluralis nūeri. qḋ nō requiriꝛ in zeumate. vt ego scribo ⁊ tu. Tercio differūt. quia in prolempsi semꝑ debent esse dictiones importantes partes multitudinis prius importate. sed ī zeumate nō oportet ꝙ ibi premittiꝛ multitudo grāmaticalis. vt hic. tu ludis ⁊ ille Sequiꝛ ergo corollarie ꝙ zeuma ⁊ prolēpsis sunt figure distincte. patet. quia nisi sic tunc nō essent quinq̄ꝫ figure cōstructionis. quod est contra floristā ⁊ omnes grāmaticos. Unde dicit florista. Plures structure nō sunt nisi quinq̄ꝫ figure. Sinthesis anthitesis ꝓlempsis zeuma silempsis. Et ꝓbatur ratiōe. quia zeuma ⁊ prolempsis sunt figure distincte. Illa que sunt idem quicquid cōuenit vni cōuenit ⁊ alteri primo phisicoꝝ. sed aliquid cōuenit prolempsi qḋ nō ꝯuenit zeumati. ergo zeuma ⁊ prolempsis sunt figure distincte. Minor declaraꝛ ex differentijs tribus inter zeumam ⁊ prolempsim.

**Notandū tercio ꝙ viciū in zeumate est** duplex: quādoq̄ꝫ eñ est discōuenientia suppositi cū apposito. vt tu ludis ⁊ ille. Quādoq̄ꝫ adiectiui cū substantiuo. vt petrus est albus ⁊ catherina. Rō aūt excusans est duplex. generalis ⁊ specialis. Generalis est triplex. breuitas. metrū ⁊ melior retentio vel memoria vt dictū est circa capitulū de appositiōe. Sed ratio excusans specialis ſm̄ aliquos est ꝯueniētia casualis posterius positi cū casuali prius locato ⁊ assumpto. ratione cuius ꝯuenientie casuale posteriꝰ potest addi adiectiuo vel verbo cui additū est casuale prius vt hebrei sunt ⁊ egō. Alij tñ ⁊ cōmunes grāmatici dicūt ꝙ ratio excusans in zeumate est ista. quia licet talis ratio vocalis ex ṗmaria eiꝰ impositiōe sit incōgrua. tñ ex cōi ꝯsensu grāmaticoꝝ in quantū subordinaꝛ vni mentali cōgrue ipsa admittiꝛ. vt hic. tu ludis ⁊ ille. Hec vocalis subordinaꝛ huic mentali ꝯgrue. tu ludis ⁊ ille ludit. que ēst simpliciter ꝯgrua. Sequiꝛ corollarie ꝙ hic ē zeuma. Neq̄ꝫ ille peccauit neq̄ꝫ parentes eius.

**Notandū quarto ⁊ vltimo. ꝙ zeuma fit** dupliciter: scilicet implicite ⁊ explicete. Zeuma explicitū est: quando ambe dictiōes casuales cum verbo vel adiectiuo expresse ponunꝛ. de quo dictum est sufficienter. Zeuma autē implicitū est quando casuale primū nō expresse poniꝛ. sed in verbo prime vel secunde persone subintelligiꝛ. vt currimus et Johannes. vbi subintelligiꝛ iste nominatiuꝰ nos. ⁊ valet tantū. nos currimus ⁊ Johānes. Et notandū ꝙ cōnenientius in littera poniꝛ coniunctio disiunctiua aut. q̄ꝫ copulatiua ⁊. patet q̄ꝛ maiorē diuersitatē importat hec ꝯiunctio aut q̄ꝫ ⁊. ꝯiunctio eñ disiunctiua maiorē diuersitatē ⁊ disiunctionē importat q̄ꝫ ⁊ ꝯiunctio copulatiua. q̄ꝛ ꝯiūctio disiūctiua ꝯiungit q̄dē dictiōes. sed disiungit sensus. ꝯiunctio copulatiua ꝯiungit dictiōes ⁊ etiā sensus. hic aūt debet significari diuersitas ⁊ differētia inter zeuma ⁊ ꝓlempsim. Uñ rectiꝰ in littera poniꝛ aut q̄ꝫ ⁊. Istis notabilibus sic stantibus est.

**Cõclusio respõsalis** De zeumate in textu determinatio ab alexandro est sufficiẽter assignata. Patet ꝯclusio ex his que dicta sunt.

**Arguit primo.** Processus alexādri est impertinēs. igit. ꝓbat añs. q̄ꝛ alexāder nō expressit nomē hui⁹ figure vltime. ergo ꝓcessus su⁹ est impertinēs. Tenet ꝯña. q̄ꝛ vbiqꝫ antea nomē figure expressit ꝛ possuit. hic aūt hoc nō facit. ergo. Dico licꝫ alexander nō posuit hic nomē illi⁹ figure vltime expresse tñ implicite dedit eā itelligere cū dixit. reducit. zeuma eñ grece est reductio latine

**Arguit scdo.** Zeuma non est figura distincta a ꝓlempsi. igit nō est specialis figura. ꝓbat añs ex ꝓcessu autoris cu dixit. aut quasi diceret aut tu intellige aliuꝫ mō ꝓlempsis. Videt ergo ex littera autoris q̄ zeuma nō est figura distincta a prolempsi Dico q̄ alexander dicēs in textu aut. nō voluit dicere q̄ zeuma esset specialis figura a ꝓlempsi sꝫ voluit oñdere poti⁹ diuersitatē ꝛ distinctionē zeumatis ꝛ ꝓlēpsis quā importat ꝯiūctio disiūctiua. alexāder aūt expresse nō dixit vel nominauit zeuma. q̄ꝛ tꝑibus suis diuersitates fuerant grāmaticoꝝ vtrū zeuma ꝛ ꝓlempsis essent figure distincte.

**Arguitur tercio.** Littera alexandri in intelligibilis ergo male imposita. Tenet ꝯña. q̄ꝛ determinatio autoꝝ debet esse clara ꝛ lucida. Antecedēs ptꝫ. q̄ꝛ autoꝛ ponit appositūꝫ sine supposito caūsat. patet. quia dicit. reducit. modo positio appositi sine supposito orationē imperfectam. Dico licet autoꝛ in textu ponit appositū sine supposito expresse. tñ implicite ponit suppositū vꝫ hoc vocabulū zeuma. ꝛ sic littera valet tm̄. zeuma reducit.

**Arguitur quarto.** Zeuma nō habet fieri ꝑ adiectiuū. ꝓbat sic. q̄ꝛ si sic maxime q̄ substantiuū posterius discōueniret in genere vel numero cū adiectiuo. sed hoc nō ꝓbat q̄ꝛ substantiuū posteri⁹ nō pōt discōuenire cū adiectiuo in casu. ergo neqꝫ in genere neqꝫ in nūero. Tenet ꝯña. q̄ꝛ nō est ratio diuersitatis. Dico q̄ ratio diuersitatis est ista. q̄ꝛ posterius substantiuū reducit ad primū mediāte ꝯiunctione copulatiua vel disiunctiua. q̄ ꝯiunctio semꝑ requirit similes casus. ꝛ ideo posteri⁹ ꝯstructibile debet ꝯuenire in casu cū adiectiuo. sed nō oportet in genere vel nūero. vt hic Johannes est albus ꝛ catherina.

**Arguit quīto.** Zeuma nō reducit verbū. igit littera alexādri falsa. ꝓbat añs. Reductio est passio silogismi: zeuma aūt nō est passio silogismi. ergo zeuma nō reducit verbū. Maioꝛ est aristotelis p̄mo prioꝝ Minoꝛ est nota. q̄ꝛ zeuma non est de ꝯsideratiōe logici. sed grāmatici. Dico veꝝ argumentū ꝯcluderet si hic caperet reductio logice vt reductio est p̄ncipiū reductiuū silogismi imperfecti ad ꝑfectū sed capit hic reductio ꝓ subintellectiōe.



**Arguitur sexto.** Tu ludis ꝛ ille. hic nō est zeuma. Probat ista oꝛōe est ꝯceptio ꝑsonaꝝ. ergo nō zeuma. Tenet ꝯña. q̄ꝛ zeuma ꝛ ꝯceptio ꝑsonaꝝ sunt figure distincte. Añs ꝓbat. q̄ꝛ hic scđa ꝑsona scꝫ tu ꝯcipit dictionē tercie ꝑsone scꝫ ille ad reddendū suppositū vbo scꝫ ludis. qđ ꝯuenit in ꝑsona cū dcōe ꝯcipiente ꝛ nō ꝯcepta. ergo in p̄dicta oꝛōe est ꝯceptio ꝑsonaꝝ. Tenet ꝯña ex diffinitiōe ꝯceptiōis ꝑsonaꝝ. Dico verū argumentū ꝯcluderet. si ambo supposita ponerent a ꝑte eiusdē extremi ante verbū. qđ nō est in ꝓposito qualiter tñ fit in ista. Tu ꝛ frater rogaris.

**Arguit septimo.** Hi properant ꝛ ego nō est zeuma. Probat sic. Est ꝯceptio nūeroꝝ. g⁰ nō zeuma. Tenet ꝯña. q̄ꝛ zeuma ꝛ ꝯceptio numeroꝝ sunt figure distincte. Añs ꝓbatur. q̄ꝛ in p̄dicta oꝛōe supposita diuersoꝝ nūeroꝝ ꝯiūgunt respectu vni⁹ vbi. g⁰ i p̄dicta oꝛōe est cōceptio numeroꝝ. Tenet ꝯsequētia ex diffinitiōe cōceptiōis nūeroꝝ. Dico verū argumentū ꝯcluderet si ambo supposita ponerēt a ꝑte eiusdē extremi. q̄lit fit hic. Johēs ꝛ asini currūt

**Arguitur vltimo.** Ex diffinitiōe zeumatis sequit q̄ hic esset zeuma. Johēs currit ꝛ petrus patꝫ ex diffinitiōe. q̄ꝛ verbū ibi reducit ad suppositū. sed hoc est falsuꝫ. q̄ ibi sit zeuma ptꝫ q̄ꝛ in oꝛōe zeumatica est aliqđ viciū ꝛ incōgruitas. sed in p̄dicta oꝛōe nullū est viciū. igit. Dico verū argumentū ꝯcludit q̄ in p̄dicta oꝛōe est zeuma locutiōis. sed nō constructiōis. ex quo in ea nullū est vicium.

## De absolutione nominatiui.

Inuenies rectum quandoqꝫ regente solutum.

**Utrum** Alexandri de absolutiōe nominatiui determinatio in littera sit sufficiēter assignata. Pro intellectiōe questiōis mote. Notandū est p̄mo q̄ ratio ordinis ē ista quare alexāder pri⁹ determinat de regimine nti. nūc aūt de absolutione. Regimē eñ hꝫ se vt positiuū. sed absolutio vt priuatiuū. modo positiuū digni⁹ est priuato. digniora aūt sunt priora. vt ptꝫ in postp̄dicamentis. Describit aūt absolutio sic. Absolutio est dictōis regibilis sine regēte positio. Dictionē aūt poni absolute intelligit dupl'r. Uno ꝑ ꝑuationē dictōis regētis exp̄sse ꝛ implicite simul. ꝛ sic ntūs nō regit absolute. licet eñ aliqñ ntūs ponit sine dictiōe regēte exp̄sse. tñ ibi subintelligi pōt verbū vñ regi pōt. vt hic benedicite dñs. subintelligit hoc verbū bñdicit. Scdo nominatiuū poni absolute intelligit quantū ad regens expressum ꝛ actuale. sic q̄ aliqñ ntūs ponit in oꝛōe. ꝛ nō habet regens expressum vñ regat. ꝛ sic possibile est ntm̄ poni absolute quomodo alexander hic loquit de absolutiōe nominatiui.

**Notandū scdo:** q̄ ntūs ponit absolute sex modis. Primo ꝓpter tollere ꝛ remouere dubiū. vt hic. In ꝯuertem

do dñs captiuitatẽ syon. in qua orõe ille ntũs dñs ponit absolute ⁊ sinẽ regente. ꝙ ponat absolute patet. q2 in p̄dicta oratiõe iste ntũs dñs nõ potest regi ab illo infinitiuo vl' gerũdio ꝯuertẽdo. gerundiũ em̃ regit actm̃ a pte post sicut infinitiu9 nec etiã potest regi ab allo v̄bo. q2 nullũ ibi ponit. pt3 ergo ꝙ ponit absolute. Fit aũt hoc ꝑpter remouere et tollere dubiũ. Si em̃ ibi poneret actũs dñm. dubiũ esset si dñs ꝯuertisset captiuitatẽ syon vel captiuitas syon cõuertisset dñm. Est em̃ vna regula in grãmatica quãdo infinitiu9 ponit inter duos accusatiuos vnũ a parte ante ⁊ aliũ a parte post tũc causat oratio amphibologica. hoc est dubia. q̄ põt habere plures sensus. vt hec. scio canẽ comedere panẽ vnus sensus est ꝙ canis comedit panẽ. ⁊ hic est verus. scd̃us sensus est. ꝙ panis comedit panẽ. ⁊ hic sensus falsus est. Sic silr̄ fuisset in ꝓposito. vnus sensus fuisset ꝙ captiuitas syon ꝯuertisset dñm. scd̃us sensus fuisset ꝙ dñs ꝯuertisset captiuitatem syon. ergo ꝑpter remouere tale dubiũ d2 in ntõ. in ꝯuertẽdo dñs captiuitatẽ syõ. vt certe det intelligi. ꝙ dñs deus ꝯuertit captiuitatẽ syon ad penitentiã. ei ꝯcedendo grãm vt sua peccata agnosceret. vnde ꝑ captiuitatẽ syon intelligit captiuitas iudaica que fuit ducta a hierusalẽ in babiloniã. Scd̃o ntũs ponit absolute causa breuitatis. vt dicẽdo. Benedicite ⁊ respõdẽdo. Dñs. iste nominatiuus dominus ponit absolute. tñ subintelligit ibi verbũ benedicit implicite. vt valeat. Benedicite. dñs benedicat. Tercio ntũs ponit absolute causa relationis faciẽde ⁊ facilius agnoscende. vt hic. Dñs in celo sedes eius. ille nominatiuus domin9 ponit absolute. vt scilicet facilius ⁊ cicius ꝯgnoscat ꝙ hoc relatiuũ eius ꝑtineat ad hoc antecedẽs dominus. Si em̃ in predicta oratione poneret verbũ expresse tũc relatiuũ longius distaret ab antecedẽte. vt dicendo dñs est in celo ⁊ sedes eius scilicet dñi est in celo. modo de quãto relatiuũ plus distat ab antecedẽte de tanto relatio fit incertior ⁊ difficilior ad cognoscendũ. Hec tamẽ ratio satis parua est. vnde ⁊ iste modus tercius posset ꝯprehendi sub scd̃o scilicet ꝙ in p̄dicta orõe etiam nominatiuus poneret absolute causa breuitatis. ⁊ ibi subintelligeret hoc verbum substantiuũ est quẽ ad modũ dictũ est.

**Notandũ est tercio ꝙ quarto ntũs po**nit absolute causa suprascriptiõis. vt in imaginibus ⁊ supra imagines scribimus. Sctũs Johãnes. virgo maria. Quinto nomiatiuus ponit absolute causa tituli. vt iesus nazarenus rex iudeoꝝ. vbi subintelligit. hoc verbũ est. Similr̄ hic Liber Aristotelis. que valet istam. Liber est aristotelis. Sexto causa nũeri. vt vnũ duo tria. que valet istam. vnum est. duo sunt. tria sunt. Ultra tamẽ istos modos sex p̄dictos adhuc ponuntur alij tres. Quoꝝ vnus est ꝙ ntũs ponit absolute causa declinatiõis. vt ntõ hic mgr̄. vbi subintelligit hoc verbũ d2 vel ponit. ⁊ valet tm̃. ntõ d2 vel ponit hic magister Alter modus est causa comparatiõis





vt doctus doctior doctissimus. que valet istam. in positiuo dicitur doctus. in comparatiuo doctior. in superlatiuo doctissimus. Additur etiã adhuc alter modus. scilic3 causa motiõis. vt hic doctus. hec docta. hoc doctũ. que valet istã. in masculino genere d2 hic doctus. in femino dicit hec docta. in neutro genere dicit hoc doctũ. Un̄ versus. Absoluit rectum dubiũ. breuitas atq3 relatũ. Atq3 suprascriptũ numerũ titulũ superadde. Quod declinat. qd̃ comparat associat. Sequit corollarie ex dictis ꝙ ꝓprie loquẽdo de absolutiõe nominatiui solũ sunt duo modi principales. scilicet ꝙ ntũs ponit absolute causa dubij remouendi: ⁊ causa breuitatis. Om̃es em̃ alij modi possunt reduci ⁊ comprehendi sub breuitate. Sequit corollarie ꝙ licet alij modi sunt positi. tamẽ nõ supflui. Patet. q2 ponunt ꝑpt̃ maiore3 declarationẽ absolutionis ntĩ.

**Notandũ quarto ⁊ vltimo. ꝙ absolutio** s̄m grãmaticos ponit multiplex. Quedam em̃ est absolutio trãsitiõis. quomodo verba absoluta ⁊ neutralia possunt poni absolute. qui scilicet pro sui actus specificatione nõ indigẽt obliquo casu a parte post. intelligẽdo de obliquo aliene significationis. incõgrue em̃ dicit. curro iohannẽ vel ciuitatẽ. cõgrue em̃ dicit. curro cursum. viuo vitã. Alia est absolutio adiectiualis determinatiõis. ⁊ sic quedã nomina substãtiua dicũtur absoluta que ex se importãt laudẽ vel vituperiũ. q̃bus nõ est necesse addere adiectiuũ laudis vel vituperij. vt sunt ista nomina. pax discordia. nõ em̃ oport3 dicere. bona pax: q2 pax semꝑ est bona ⁊ laudabilis. Similiter non oportet dicere mala discordia. q2 discordia semꝑ est mala. Sic hoc nomẽ deus est absolutũ nomẽ. nõ enim oportet dicere. bonus deus. iustus deus. Deus enim semꝑ est bonus ⁊ iustus. Alia aũt est absolutio discretionis. ⁊ sic s̄m Priscianũ primo minoris obliqui ꝓnominales aliqui sunt soluti a discretione. quia ꝑ ipsos discretio fieri nõ potest. sed in ꝓposito est intentio determinare de absolutiõe regiminis quõ ntũs dicit absolutus qui nõ habet regẽs vnde regat. vt dictũ est in notali p̄mo. Istis notalibus sic stantibus est.

**Cõclusio respõsalis. Littera alexandri** de absolutiõe ntĩ est sufficienter assignata. Patet veritas ꝯclusiõis ex his que dicta sunt. Et ꝙ ntũs potest poni absolute ꝓbat ratiõe. Om̃e prius potest absolui a posteriori. sed regimẽ est posterius respectu nominatiui. igit nominatiuus potest absolui a regimine. ⁊ per ꝯsequens potest poni absolute. Maior est nota. quia prius nõ habet esse a posteriori. ergo prius potest absolui a posteriori. Minor. quia regimen accidit nominatiuo et est eius accidens. si em̃ regimen esset de essentia nominatiui nunquã posset ei abesse. Dicitur enim septimo methaphisice. Essentia rei nunq̃ separat a re cuius est essentia. Constat aũt ꝙ accidens est posterius substantia. Dicit em̃ septimo methaphe. Substã

tia est prior accidẽte. natura tpe ꝛ diffinitiõe. Patet igit̃ veritas ꝯclusiõis. scꝫ ꝙ ntũs potest poni absolute. potest etiã ꝓbari hoc alia rõne ꝑriuatiue opposita hñt fieri circa idẽ sed regimẽ ꝛ absolutio sunt ꝑuatiue opposita. igit̃ hñt fieri circa idẽ sed regimẽ fit circa ntm̃. ergo etiã absolutio. Maior est Aristotelis in postp̃dicamentis. Minor est nota ꝛ patuit ex p̃mo notabili.

**Arguit̃ primo.** Processus ꝛ ordo alexãdri nõ valet. igit̃. ꝓbat̃ añs. Sicut est in natura sic debet esse ĩ arte. sed in natura nõ esse precedit esse. ergo etiã in arte pri⁹ debuit determinare de absolutiõe que dicit nõ esse. ꝛ postea de regimine qđ dicit esse. Maior est aristotelis scđo. phisicoꝝ. q₂ ens imitat̃ naturã. Minor est aristotelis in postp̃dicamentis cũ diffinies generationẽ đr. Generatio est ꝓcessus a nõ esse ad esse. ꝙ aũt absolutio dicit nõ esse. q₂ đr carentiã ꝛ priuationẽ. mõ priuatio đr nõ esse. regimẽ aũt dicit esse. Dico veꝝ argumentũ ꝯcludit ꝙ ordine nature nõ esse p̃cedit esse. sed via perfectiõis tũc esse p̃cedit nõ esse. mõ alexander hic tenuit ordinẽ pfectionis. prius determinãdo de regimine ꝛ postea de absolutiõe.

**Arguit̃ scđo.** Ntũs nõ põt poni absolute. igit̃ ꝯclusio falsa. ꝓbat̃ añs. Illđ ꝙ ponit̃ absolute ponit̃ sine regẽte. sed ntũs nunꝙ̃ ponit̃ sine dictiõe regẽte. igit̃. Maior ẽ nota. Minor ptꝫ inductiue in oĩbus orõnibus. ꝛ ptꝫ in ista. Dñs in celo sedes ei⁹ vbi intelligit̃ hoc verbũ est. q̃ orõ valet tm̃. dñs est in celo. Dico veꝝ argumentũ ꝯcludit ꝙ ntũs nõ ponit̃ absolute simpliciť. sic ꝙ nullũ haberet regẽs nec expressum nec subintellectũ. sed ponit̃ absolute ad istũ intellectũ ꝙ ntũs nõ habet regens expressum.

**Arguit̃ tercio.** In ista orõe. In ꝯuertẽdo dñs. iste ntũs dominꝰ nõ ponit̃ absolute. ꝓbat̃ sic. q₂ cõstruit̃ cuꝫ isto gerundio ꝯuertẽdo. sed in constructione actuali nõ est absolutio. Probatur. quia illud ponitur absolute quod ponitur sine verbo. Dico verũ argumentũ concludit ꝙ in ista oratione predicta iste nominatiuus dominus nõ ponit̃ absolute absolutione constructionis. quia construit̃ cum isto verbo conuertẽdo: cuius dependentiam terminat. sed bene ponit̃ absolute absolutiõe regiminis. stat ergo constructibile cõstrui ꝛ tamẽ nõ regi. dictũ est em̃ ꝙ vtũs cõstruitur cũ verbo impari ui modi ꝛ tamẽ nõ regit̃ ab eo.

**Arguit̃ quarto.** Autor contradicit̃ sibiipsi. ergo processus suus nõ valet. probat̃ antecedens. q₂ in vna parte dicit nominatiuũ esse rectũ ꝛ in alia pte dicit eũ absolutũ. modo dicere ntm̃ esse rectũ et ntm̃ esse absolutũ est ꝯtradictio. videt̃ ergo ꝙ ꝓcessus autoris nõ valet. Dico verũ argumentũ cõcluderet si rectũ hic caperet̃ participaliter ꝓ illo qđ regit̃. sed capit̃ hic rectũ nominaliter ꝓ ntõ. mõ rectũ noial'r. sumptũ ꝛ absolutũ nõ contradicũt.



**Arguit̃ quito.** Alex. nõ bene determinat de absolutiõe nominatiui ꝓbat̃ sic. Priscia. nihil determinat de absolutiõe nti ergo nec Alex. hoc debuit facere. tenet ꝯñia qa alias Priscia. fuisset diminutus in gramatica qđ tñ ẽ falsuꝫ cũ ipe sit p̃nceps gramaticoꝝ. sed añs quia nec in maiori nec in minori volumine legim⁹ Priscianũ locutũ esse de absolutiõe nti. Dico ꝙ hoc argumentũ nõ concludit quia locus ab auctoritate negatiue nõ valet vt nõ sequit̃ Priscianus hoc nõ ponit ergo hoc nõ est ponẽdũ sed ab auctoritate affirmatiua bene valet vt Priscia. hoc ponit. ergo hoc est ponendũ. omi em̃ autori in sua facultate est credendũ ꝛ licet expresse nihil Priscia. dixit de absolutiõe nti tñ implicite bene dedit eam intelligere in eo em̃ qđ determinat de regimĩe nti ꝛ ꝯstructõe dedit etiã ĩtelligere ei⁹ absolutiõꝫ

**Arguitur sexto.** Ntũs nõ põt poni absolute ergo ꝓbatur autoritate Prisci. p̃mo minoris cũ đr qđ vtũs ponit̃ sine verbo. sed ntũs nũꝙ̃ ergo ntũs nõ ponit̃ absolute. Tenet ꝯñia quia ntũs đr tũc poni absolute qñ ponit̃ sine verbo. Dico quod Priscia. voluit ꝙ ntũs nũꝙ̃ ponit̃ sine verbo verũ est expresso vel sub intellecto. Rõ ntũs em̃ ꝑcat subaꝫ mõ nulla suba est exps ꝛ carens alicuius actus verbũ aũt ꝑcat actũ.

**Arguit̃ septimo.** Ntũs nũꝙ̃ põt poni sine dcõe regente ergo ntũs nũꝙ̃ ponit̃ absolute. tenet ꝯñia: qa ntũs đr tũc poni absolute qñ ponit̃ sine regente. sed añs ꝓbat̃ regẽs ꝛ rectũ sunt relatiua sed posito vno relatiuoꝝ ponit̃ ꝛ aliud. ergo si ponit̃ in orõne ntũs qui est casus rectus etiã debet poni verbũ qđ dictio regens. Maior est nota. qa dictio regens ꝛ rectũ ĩportãt respectũ adinuicẽ. minor est Arestot. in predicamẽtis. Dico verũ argumentũ ꝯcludit ꝙ posito vno relatiuorũ ponit̃ ꝛ aliud exp̃sse vel implicite. ꝛ sic licet qñꝙ̃ in orõe nõ ponit̃ verbũ regẽs exp̃sse tñ ponit̃ ĩplicite q̃re aũt exp̃sse nõ ponit̃ dicte sũt cause quarũ principalis est breuitas.

**Arguitur vltimo.** In ista orõe liber Ouidij iste ntũs liber nõ ponit̃ absolute igit̃ ꝓbat̃ añs qa iste ntũs liber regit istũ gtm̃ scꝫ Ouidij igit̃ nõ ponit̃ absolute. tenet ꝯñia qa dcõ ponit̃ absolute qñ caret regimine modo in predicto exemplo ntũs habet regimẽ. Dico verum argumentũ ꝯcludit ꝙ in isto exemplo liber ouidij. iste ntũs liber nõ resoluit̃ a regimine actiuo sed bñ passiuo mõ littera Alex. intelligit̃ de regimine passiuo ꝛ nõ actiuo:

Ecce tibi rectũ quartũue solet dare casum.

**Utrũ ptes** indeclinabiles regimẽ habeãt actiuũ. Pro intellectiõe questiõis notẽ

**Notandũ est primo.** Quod de materia p̃ñtis questõis magna est ꝯtrouersia inter grammaticos. Aliqui em̃ dicũt ꝙ ptes indeclinabiles nõ regũt quoꝝ rõnes ponũt̃ infer⁹. Alij aũt ecõuerso dicũt ptes indeclinabiles regũt quoꝝ

ratões ponent̄ ⁊ dicent̄ circa ꝯclusionē. Utile itaqȝ est vt hui⁹ materie difficultas absoluat̄. ⁊ ideo de materia p̄sentis oportet questiōis videre ⁊ p ꝯñs erit dicendū an hoc aduerbiū ecce habeat regere ntm̄ vł accusatiuū a pte post vt alexāder videt̄ dicere in littera. q̄ꝛ de isto silr̄ est ꝯtrouersia magna grāmaticoꝝ. vt patebit inferi⁹ in notabilib⁹. Pro fundamēto itaqȝ hoꝝ que dicent̄ inferi⁹ sciendū ꝙ ptes declinabiles significāt rem. sed ptes indeclinabiles significāt modū ⁊ circūstantiā rerū. Unde p̄scianus diffiniēs partē oratiōis dixit ptes declinabiles ſcare p se. sed indeclinabiles dixit significare in toto vel cū alio. Dixit em̄ Pars orōis est dictio significās in se vel in toto. Logicus etiā dicit ptes declinabiles p̄ncipales ⁊ significatiuas. sed partes indeclinabiles minus principales ⁊ sincathegreumaticas vel consignificatiuas.

**Notandū scd̄o ꝙ antiquoꝝ grāmaticorū** est sentēcia ꝙ ptes indeclinabiles nullū casū regūt. Quo posito nec aduerbiū nec p̄posito nec interiectio habȝ regimē actiuū. ⁊ pbāt hoc p̄mo sic. Dictio regēs sp est digni⁹ recto ⁊ quandā dignitatē habet supra rectū. sed ptes indeclinabiles sunt min⁹ digne q̄ȝ ptes declinabiles ⁊ casuales. quare ꝯcludit̄ ꝙ ptes indeclinabiles nō regūt aliquē casum. Maioꝛ. q̄ꝛ agēs p̄stanti⁹ est passo. vt pȝ tercio de aīa. Modo dictio regēs agit in dictionē rectā. q̄ꝛ limitat eā ad certū casum. Minoꝛ patȝ. q̄ꝛ pars īdeclinabilis ſcat dispositionē ⁊ circūstantiā rei. sed ps declinabilis semp rem significat. modo pl⁹ est res q̄ȝ modus rei. Scd̄a ratio. Om̄e regimē orit̄ ex p̄portiōe modoꝝ significādi inter dictionē regentē ⁊ rectā. sed in partibus indeclinabilib⁹ nō reperiunt̄ modi significādi requisiti ad regimē igit̄ partes indeclinabiles nō regūt Maioꝛ est nota ex p̄ri⁹ dictis circa diffinitionē regiminis. Minoꝛ patet. q̄ꝛ inter dictionē regentē ⁊ rectā sepius requit̄ p̄portio nūeri psonē. modo hec accidētia nō reperiunt̄ in partibus indeclinabilib⁹. ⁊ etiā partes indeclinabiles ſcant dispositionē rei. modo a dispositione rei nō oriūt̄ modi significādi: ratiōe cui⁹ dictio regeret casum. Tercia rō. Regimē in grāmatica trāslatū est a regimine politico in natura. sed in regimie pollitico semp illud qd̄ est formali⁹ ⁊ vigorosi⁹ regit illud qd̄ est in potencia ⁊ min⁹ formale. ergo silr̄ ita deberet esse in arte qd̄ illud ⁊ ē formalius plus de actualite ⁊ virtute hn̄s regeret illud qd̄ est min⁹. constat aūt ꝙ partes declinabiles plus hn̄t de entitate ⁊ actualite. q̄ȝ indeclinabiles. que ⁊ min⁹ p̄ncipales dicūtur. vt em̄ dictū est ptes declinabiles ſcant rem. indeclinabiles aūt solū ſcant dispositionē rerū. q̄re ꝯcludunt ꝙ ptes indeclinabiles nō regūt aliquē casum. Alie rōes ponent̄ inferi⁹. In oppositū aūt sunt alij grāmatici. qui pbant ꝙ ptes īdeclinabiles regūt post se casuȝ ⁊ pbāt etiā hoc mltiplicit̄. P̄rio sic Illa dicō regit aliā q̄ aliā sub certo casu regrit. sic ꝙ nō sub q̄libet alio. sȝ



partes indeclinabiles dictiōes ⁊ ꝯstructibilia sub certo casu post se requirūt. ita ꝙ nō sub quolibet alio. ergo ptes indeclinabiles regūt. maioꝛ patet ex diffinitiōe regiminis. Minoꝛ pȝ de p̄pōnibus ⁊ de certis aduerbijs. silr̄ interiectiōib⁹. Hec em̄ p̄pō ad requirit post se illā dictionē patrē in certo casu. q̄ꝛ a ctō. ita ꝙ nō in quolibet alio. hec em̄ est incōgrua. ad patris. Alia rō. Dictio ſcans partē regit gtm̄ ſcantem totū sed aliq̄ ps indeclinabilis significat partē. ergo regit post se ꝯstructibile qd̄ ſcat totū. Maioꝛ est alexādri. vt patebit in regimine gti. Minoꝛ patet in isto exēplo. Tūc tpis. hoc aduerbiū tūc ſcat partē tpis. ⁊ regit illū gtm̄ scȝ tpis q ſcat totū. Tercia pbatio est ista. Dictio ſcans ꝯparationē regit post se ablt̄m casum. sed aliqua pars orōis indeclinabilis ſcat ꝯpatiue vel designat ꝯpationē. igit̄ aliqua pars orōis indeclinabilis regit. Maioꝛ est donati. q dicit ꝙ ꝯpatiu⁹ regit abltm̄. Minoꝛ patȝ ī isto metro floriste cū dicit. Me melius studuit petrus cū in vrbe remansit. Possunt ⁊ ratiōes plures adduci. tn̄ iste patebūt circa ꝯclusionē.

**Notādū tercio: q̄ꝛ he positiōes grāmaticoꝝ** sunt extreme. ⁊ int̄ extrema debet esse mediū. de regimine priū īndeclinabiliū a grāmaticis talis assiguat̄ vel ponit̄ distinctō. Partes indeclinabiles ꝯsiderant̄ duplr̄. Unō ſm se ⁊ in virtute p̄pria vt indeclinabiles sunt ⁊ sic nō regūt. Rō q̄ꝛ si sic. i. si regeret̄ vt indeclinabiles tūc q̄libet ps indeclinabilis regeret qd̄ est falsuȝ. ꝯiūctio em̄ nō regit neqȝ regit̄. Illud em̄ qd̄ ꝯuenit alicubi ſm se. ꝯuenit cuilibet ꝯtēto sub eo. vt hoī ꝯuenit ſm se ꝙ est rōnalis. ⁊ ergo oīs hō est ratiōalis. vt pȝ p̄mo posterioꝝ. Alio mō ꝯsiderant̄ ptes indeclinabiles vt scȝ vltra dispositionē rei vel circūstantiā quā designāt: importāt ꝯparionē. de mōstrationē vel partitionē vel aliā p̄prietatē. ⁊ sic bn̄ regūt. ⁊ ſm hoc possunt ꝯcordare positiones ⁊ opiniones grāmaticoꝝ p̄dicte.

**Notandū quarto ⁊ vltimo ꝙ de regimine** hui⁹ aduerbij ecce alexā. ī lr̄a vult talē regulā. Hoc aduerbiū ecce vł etiā aliud aduerbiū demōstrandi. vt en. vel ei⁹ silr̄a indifferēter potest regere a pte post rectū: hoc ē ntm̄. ⁊ vt aliq etiā volūt vtm̄ ⁊ actm̄. exm̄ de ntō. ecce agn⁹ dei. exm̄ de vtō. ecce dn̄e duo gladij hic. exempluȝ de accusatiuo. vt ecce agnū. Est tn̄ iterū ꝯtrouersia inter grāmaticos. aliq em̄ dicūt ꝙ hoc aduerbiū ecce nō regit post se nominatiuū vł actm̄ virtute p̄pria. sed potius virtute verbi subintellecti. vt in ista ecce magister. subintelligit̄ hoc verbū venit. quia predicta oratio valet tantum. ecce venit magister. Similiter in ista oratione. ecce magistrum. subintelligit̄ hoc verbū video vel simile. quia predicta oratio valet tantuȝ. ecce video magistrū. Alij autem dicunt ꝙ hoc aduerbiū ecce per se regit ntm̄ ⁊ actm̄ a parte post ⁊ virtute p̄pria. ⁊ hoc est verius ⁊ melius.

Dicendū ergo ꝙ in ꝑdictis orōib⁹ nō intelligit verbū venit vel video causa regiminis. sed potius subintelligit causa ꝑfecte sentencie faciende que sine verbo fieri nō potest. Sequit corrollarie ꝙ licet multi per rectuꝫ in ꝓposito intelligūt tā rectū ꝑmariū. vt ntm̄ q̄ꝫ rectū scōariū vt vtm̄ tn̄ melius ꝑ rectū intelligit tm̄ rectus ꝑmarius vt ntūs ⁊ nō vtūs. Ratio. q: vt dictū est vtūs nunq̄ꝫ potest regi. Vn̄ dictuꝫ est. Accipias qntuꝫ tu quēlibet esse solutū. Tamē iuxta. expositionē cōem grāmaticorū aduerbiū ecce etiā regit nominatiuū. vt ecce duo gladij hic. ꝑmū ē verius. scōm aūt cōmunius. Istis notabilibus sic stantibus est.

**Cōclusio ꝑma. Partes indeclinabiles** vt indeclinabiles sunt ⁊ scōm se ꝯsiderate nō regunt post se aliquē casum. ꝓbat ꝯclusio ꝑ ratōes tres positas in notabili scōo cū recitabant opiniones ambaꝝ viaꝝ. Et ꝓbat etiā tali ratiōe. Illud qđ ꝯuenit alicui scōm se ⁊ absolute. ꝯuenit cuilibet ꝯtēto sub eo. si ergo partib⁹ indeclinabilibus ꝯueniret scōm se ⁊ absolute ꝙ regerēt tūc quelibet ps indeclinabilis regeret. qđ est falsum de ꝯiūctione. Maior est aristotelis ꝑmo posterioꝝ. Hoi em̄ scōm se ꝯuenit ꝙ sit rationalis in ꝑmo modo dicēdi. ꝑ se ergo ꝯuenit oī. Alie rōes posite sunt in notabili scōo.

**Cōclusio scōa. Partes indeclinabiles** cōsiderate vt vltra circūstantiā et diposītionē rei quā importãt designāt demonstrationē ꝑtem tempis. aut compatiōnē. aut similē aliquaꝫ ꝓꝑetatē regūt. De demōstratione. vt ecce magistrū. De compatiōe vt Me melius studuit petr⁹ cū in vrbe remāsit. De ꝑte tpis vt tūc tempis Alie positiones similiter dicte sunt iu notabili scōo ⁊ posite.

**Arguitur primo.** Partes indeclinabiles nō regunt. igit. ꝯclusio male posita. ꝓbat antecedēs minus dignū nō regit magis diunū. ſꝫ ꝑtes declinabiles sunt digniores indeclinabilibus. ⁊ indeclinabiles minus digne. igit ꝑtes indeclinabiles nō regūt declinabiles. Maior est nota. Minor patet. q: ꝑtes declinabiles ꝑ se significāt res. sed indeclinabiles ꝯsignificāt res tm̄. mō significatiuū est digni⁹ nō significatiuo. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ considerādo partē declinabilē ⁊ indeclinabilē absolute. sed si vnū ꝯsiderat i ordie ad aliō tūc min⁹ dignū pōt regere mai⁹ dignū. Patꝫ q: ps min⁹ digna pōt aliqn̄ ꝑticipare ⁊ habere aliquā ꝓꝑietatē ratōe cui⁹ regit ꝑtem digniorē quā ps ꝑncipalior nō habet. oīe ergo agēs est digni⁹ passo. vt sic. pedagogus em̄ filij regis regit filiū regis q est dignior pedagogo. sed pedagogus habet virtutē participatā ⁊ datā a rege.

**Arguitur scōo.** Partes indeclinabiles nō regūt. ꝓbat ad regimē requirit ꝓportio modoꝝ significādi accidentaliū inter dictionē regentē ⁊ recta sed partes indeclinabiles nō hn̄t mōs ſcandi accn̄tales respectios. igr̄ ꝑtes īdeclinabiles nō regūt.



Maior patuit circa diffinitionē reginis. Minor patet. q: modi significandi accidētales respectiui sunt numerus. ꝑsona casus. que accidētia nō ꝯueniunt partib⁹ indeclinabilibus. Dico veꝝ argumentū ꝯcludit ꝙ regimē orit ex vi ꝯuenietie similitudinis aut ꝓportiōis. modo licet inter partes indeclinabiles ⁊ casum sequentē nō est ꝯuenietia similitudinis est tn̄ ꝯuenietia ꝓportiōis. Vn̄ duplex est ꝯuenietia. quedā est conuenientia similitudinis que ꝯsurgit ex ꝯuenietia nūeri. ꝑsone et casus inter ꝯstructibilia ⁊ ista ꝯuenietia est inter suppositū ⁊ appositū inter adiectiuū ⁊ substantiuū. Alia aūt est ꝯuenietia ꝓportiōis que ꝯsurgit ex alijs modis qb⁹ ꝯstructibilia adinuicē dependēt. ⁊ talis ꝯuenientia bn̄ reperit inter ꝑtes indeclinabiles. ⁊ ꝯstructibilia q̄ ab ipsis regunt.

**Arguit tercio.** Partes indeclinabiles nō regūt. Sicut est in natura sic est in arte. sed in natura regēs semꝑ digni⁹ est recto. ꝯstat aūt ꝙ partes indeclinabiles sunt minus digne declinabilibus. ergo partes indeclinabiles nō regūt ꝑtes declinabiles. Maior est aristotelis scōo phisicoꝝ. vbi dicit ꝙ ars imitat naturā. Minor est aristotelis tercio de aīa. vbi ostendit ꝙ agens est ꝑstantius passo. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ ꝑtes indeclinabiles vt sic. id est vt indeclinabiles sunt nō regūt. vt dictū est in ꝑma ꝯclusione. tn̄ ꝑtes indeclinabiles ꝯsiderate vt aliquaꝫ ꝓꝑietatē supaddūt vel importanr. tūc bene regūt vt dictū est conclusiōe scōa. et sic min⁹ dignū vt sic nō regit magis dignū. tn̄ minus dignū participās aliquā ꝓꝑietatē a magis digno potest regere magis dignū. vt patet de filio regis ⁊ eius pedagogo.

**Arguit quarto.** Partes indeclinabiles non regūt. ꝓbat sic. tm̄ vna est pars que regit tm̄. igit ꝑtes indeclinabiles nō regunt. Tenet ꝯn̄a. q: partes indeclinabiles nō sunt vnū. Antecedēs patet. q: due sunt ꝑtes que regunt tm̄. vt nomē ꝓꝑium ⁊ ꝓnomen. vna est q̄ regit tm̄ vt verbū. si ergo ꝑtes indeclinabiles regerent plures. essent ꝑtes que regerēt tm̄ q̄ꝫ verbū. qđ est ꝯtra floristaꝫ. Unde aduerbiū habet determinare verbū. ꝓpositio deseruire. interiectio affectū animi exꝑmire. Dico verū argumentuꝫ ꝯcludit ꝙ tm̄ est vna pars que regit tm̄ inter partes declinabiles. tn̄ ꝑ hoc nō negat quin plures ꝑtes indeclinabiles sunt que regūt. ⁊ maxime vt ꝯsiderantur sub ꝓꝑietate aliqua supperaddita.

**Arguittur quinto.** Partes indeclinabiles nō regunt. ꝓbat. Si partes indeclinabiles regerent vel ergo similiter vel dissimiliter cū parte ꝑncipali. Nō dissimiliter patet. q: alias sequeret ꝙ ꝑtes indeclinabiles regerent ꝑ se ⁊ ex se. qđ est falsum. Nō etiā similiter. ꝓtꝫ. q: ꝑtes declinabiles nō sunt similes ꝑtibus indeclinabilib⁹. ergo partes indeclinabiles nō regunt eodē modo casus sicut declinabiles. Dico verū argumentū cōcludit ꝙ partes indeclinabiles regūt casum a parte post sicut declinabiles eadē simili

## De absolutōe Nominatiui.

rudine generali. sed nō speciali. hoc em̄ est generale in regimine ꝙ dictio regens debet significare dependentiā. ⁊ dictio recta debet terminare dependentiā dictiōis regētis. ⁊ hoc reperit̃ vbiqꝫ. sed speciales modi cause specialiū regiminū reperiunt̃ in ꝑtibus declinabilibus. q̄ nō reperiunt̃ in partibus indeclinabilibus. ⁊ plures in partib⁹ declinabilibus ⁊ pauciores in partibus indeclinabilib⁹. vt dictū est in ꝑncipio de regimine.

**Arguit̃ sexto.** Aduerbiū nō regit post se casum. ꝓbat̃. Coniunctio nō regit aliquē casuz. ergo nec aduerbiū. Tenet ꝯña. q2 nō videt̃ ratio diuersitatis. Dico ꝙ ratio diuersitatis est hec. quia cōiunctio nō participat aliquā ꝓprietatē a ꝑtibus declinabilibus. Unde cōiunctio nō diriuat̃ ab eis sicut aduerbiū. Et etiā coniunctiones sunt minime entitatis. quia soluz important copulationem. Alie autē partes vt aduerbia ⁊ interiectiones maiorē entitatez designat ratione cuius eis competit regimen.

**Arguit̃ septimo.** Partes indeclinabiles nō regunt. Probatur sic. Omne regens debet esse plus in actu ⁊ formalius q̄ꝫ rectū. sed partes declinabiles habent formaliores ⁊ actualiores modos significādi q̄ꝫ indeclinabiles. ergo partes indeclinabiles nō regūt declinabiles. sed potius debet fieri ecōuerso ꝙ partes declinabiles regerent indeclinabiles. Maior. quia regere conuenit forme. ⁊ est cōditio forme. regi autē est conditio materie. forma aūt est ens plus in actu q̄ꝫ materia. vt declarat̃ ꝑmo phisicoꝝ. Minor. quia partes indeclinabiles habent imperfecta significata ⁊ modos significandi modicos. ꝑtes aūt declinabiles habēt significata ⁊ modos significandi perfectos. Dico verum argumentū cōcludit ꝙ partes indeclinabiles non regunt absolute ꝯsiderata sed si considerant̃ ratione alicuius proprietatis superaddite eis sic bene regunt. vt dictū est in secunda conclusione.

**Arguit̃ octauo.** Hoc aduerbiū ecce nō regit a parte post ntm̄ vel accusatiuū. igit̃. Probat̃ añs. q2 si sic sequeret̃ ꝙ oīe aduerbiū regeret ntm̄ vel accusatiuū. ꝓbatur idē ꝑtificata causa idēꝑtificat̃ effect⁹. sed oīa aduerbia hn̄t eundē modū significādi. g̊ hn̄t idē regimē. Tenet ꝯña. q2 mōi ſcandi sunt ꝑncipia regiminis. Maior. q2 causa est ad quā sequit̃ aliđ. Minor. q2 oīa aduerbia significāt ꝑ moduz determinātis alteꝝ. qđ ſcat per moduz flux⁹ ⁊ fieri. Dico veꝝ argumentum ꝯcludit ꝙ omnia aduerbia habent eundē modum significandi generalem. sed non specialem. ⁊ sic dico ꝙ modi significandi generales nō sūt ꝑncipiuz regiminis nisi remote ⁊ dispositiue. sed modi ſcandi speciales sūt ꝑncipiuz regiminis ꝓximū ⁊ ꝓpinquum. Et tantū de regimine nominatiui.

¶Est obliquorū regimen quod scire laboras

## De regimine genitiui.

In primis regimē quod fit per nomina. post hec
Quod fit ꝑ verba. de hinc quod fit ꝑ cetera dicā
Hic exempla notes quibus ista videbis aperte:
Nomen significans possessum da genitiuo
Dicere si vere possis: istud mea res est
Cum nihil adiungas tunc est possessio pura
Dentur in exemplis tibi, equus regis, aula ducis
Si petis adiungi, non est possessio pura
Per plures species huius diuisio fiet
Pars propriūqꝫ regunt genitiuos: atqꝫ regunt
Dum tamē attendas laudē vel crimen vtrimqꝫ
Dextera viri fortis speciē superat mulieris
Vir fortis dextre: speciei femina mire
Vir duri capitis, & forme femina turpis.

**Utrū** inter regimina genitiui ꝑncipal'a regimen ex vi possessionis ⁊ demonstratōis essentie ab alexandro ī littera ē bene assignatū. Pro intellectōe questionis mote. Notandū est p'o ꝙ questio hec tria q̄rit. P'o q̄rit vtrū ipi⁹ gt̄i sint aliqua regimina principalia. Scd̄o q̄rit vtruz aliqđ sit regimē genitiui ex vi possessiōs. Tercio q̄rit vtꝝ aliqđ sit regimē genitiui ex vi demōstrationis essentie. Pro parte ꝑma questōis intelligenda. Rō ordinis quare alexāder pri⁹ determinat de regimine nt̄i ⁊ postea de regimine obliquoꝝ. Causa em̄ ꝑcedit effectum. ntūs aūt est causa obliquoꝝ. ergo prius determinat de regimine nt̄i. q̄ habet se vt causa obliquoꝝ. ⁊ postea de regimine obliquoꝝ. q̄ hn̄t se vt effect⁹. Est etiā hic sciendū ꝙ ſm aristotilem. x. methaphe. In oīm genere rerū est dare vnū primū qđ est metrū ⁊ mensura oīm alioꝝ. vt in gn̄e lucidorū est dare primū lucens. ⁊ hoc est sol. Et in genere calidoꝝ est dare vnuz primū scꝫ ignem. a quo oīa alia dicunt̃ calida ꝑ ꝑticipationem. sic in ꝓposito multa sunt regimina ipius genitiui. vt ꝑꝫ inferi⁹. ergo oportꝫ dare vnū generale regimen ipi⁹ gt̄i qđ est metrū ⁊ mensura oīm seq̄ntium. ⁊ hoc est regimen ex vi possessiōis. regimen ergo ex vi possessionis est cōmunissimū regimen. quo ipe gt̄us habet regi. ⁊ ergo alexander nominat primū regimen gt̄i ex vi possessiōis ideo. q2 oīe regimē est denominandū a regente ꝑncipaliter in cōparatione ad rectū. sed dictio regens gtm̄ ex vi possessiōis ſcat rem ꝑ modū rei possesse. ergo tale regimen denominat̃ ex vi possessiōis. Regimina ergo gt̄i sunt duplicia. quedā ꝑncipalia. ⁊ quedā min⁹ ꝑncipalia. Principalia sunt sex. Primū regimen ex vi possessiōis ꝯmunissimū. Scd̄m ex vi partis. Tercīū ex vi demōstratiōis essentie. Quartū ex vi actus ꝯuersi in habitū

Quintū ex vi cause. Sextū ex vi relatiōis. Unde vrsus. Posses. pars. actus. essentia causa relatus. Hec sex ꝑdicta gtm̄ iure gebernant. Alia aūt sunt regimina ipsius gti minus ꝑncipalia. que scꝫ reducunt ad ista sex principalia iam dicta. De quibꝰ sufficienter dicet inferiꝰ.

## Notandū scd̄o ꝙ primū regimē princi-

pale est regimē ex vi possessiōis. De quo alexander in littera ponit duas regulas. Prima. Dictio ſcans possessorē regit a pte post genitiuū significantē rem possessam. vt dn̄s vinee. dux aule. Scd̄a regula. Dictio ſcans rem possessam apta nata est regere post se gtm̄ significantē possessorē vt aula ducis. vinea dn̄i. Ex littera etiā alexādri habet ꝙ possessio est duplex scꝫ pura ⁊ impura. Pura est quādo demōstrata aliqua re vere possuꝫ dicere. hec res est mea. nihil amplius addēdo. vt equꝰ martini si equꝰ est ꝓpriꝰ martini. Possessio aūt impura est quādo res possessa nō pure pertinet ad possessorē. sic ꝙ demōstrata aliqua re nō possum vere dicere. hec res est mea. vt dicēdo. meus equus si equus sit accomodatꝰ mihi. Sequit corollarie ꝙ possessio pura aliter exꝑmitt ⁊ aliter impura. Impura exprimit ꝑ gtm̄ huiꝰ ꝓnois ego scd̄ꝫ scilicꝫ mis Sed possessio pura exprimit ꝑ gtm̄ primū huiꝰ ꝓnois ego scilicet mei. Priscianus aūt ita diffinit possessionē purā. Possessio pura est quādo potest fieri resolutio orōis. sic ꝙ gtūs mutari potest in nominatiuū. ⁊ ntūs in accusatiuū mediāte hoc verbo habet vel possidet. vt manꝰ petri. que resoluit sic. petrus habet manū. Equꝰ regis. resoluit sic. rex habet equū. Sed possessio impura est qn̄ nō potest fieri resolutio orationis. sic ꝙ gtūs posset mutari in ntm̄. ⁊ ntūs in accusatiuū mediāte hoc verbo habet vel possidet. vt vir fortis dextre. hec em̄ resolutio nō valet. dextra habet virū fortē. qꝛ dextra nō habet virū. Pars em̄ nō habꝫ totum. sed potius ecōuerso totū habet partē.

## Notandū tercio: ꝙ scd̄m regimen ꝑnci

pale ipsius gti est regimen ex vi demōstratiōis essentie. Cuiꝰ alexāder in littera ostēdit quattuor regulas. Prima. Dictio ſcans partē ꝯgrue potest regere gtm̄ significantem totū illius partis mediāte adiectiuo qd̄ importat laudeꝫ vel vituperiuꝫ ex vi demōstrationis essentie. Exemplū de laude. Dextera fortis viri. De vituperio. Dextra debilis viri. Scd̄a regula. Dictio ſcans ꝓprietatem accidentalem apta nata est regere ex vi demōstrationis essentie gtm̄ significātem subiectum illius ꝓprietatis mediante adiectiuo laudis vel vituperij. Exemplū de laude. Iste superat specieꝫ pulchre mulieris. Exemplū de vituperio Species turpis mulieris. Tertia regula. que ꝯuertit primaꝫ. Dictio ſcans totū apta nata est regere ex vi demōstrationis essentie gtm̄ significantem ptem. mediante. adiectiuo laudis vel vituperij. Exemplū de laude. Uir fortis dextre. De vituperio. Uir fragilis dextre. Quarta regu



la que est cōuersiua scd̄e. Dictio significās subietū apta nata est regere ex vi demonstratiōis essentie gtm̄ significātem ꝓprietatem illius subiecti. mediāte adiectiuo importante laudem vel vituperiū. Exemplū de laude. Femina mire speciei. De vituperio. Femīa turpis forme. Sequit corollarie ꝙ si in his orōnibus nō poneret adiectiuuꝫ laudis vel vituperij genitiuꝰ nō regeret ex vi demōstrationis essentie. sed potiꝰ ex vi parti totius subiecti aut ꝓprietatis. vt patebit in alia questione vt manus iohannis.

## Notandū quarto ⁊ vltimo. ꝙ regimen

vocat ex vi demonstratiōis essentie ideo. qꝛ per. talem orōnem in qua fit tale regimen demonstrat ⁊ ostendit ⁊ significat essentia rei ⁊ natura ꝑ accidentia. Dupliciter ergo nntura alicuiꝰ rei demonstrat aut notificat Unō a priori. ⁊ hoc fit ꝑ diffinitioneꝫ quiditatiuā que exꝑmit essentiā ⁊ naturā rei. Diffinitio em̄ est sermo quiditatis ⁊ essentie. vt dicit cōmentator septimo methaphisice. ⁊ ꝑmo topicoꝝ. Et septimo methaphisice dicit aristoteles. Diffinitio est sermo indicās qd est esse rei. vt aīal rationale exprimit naturā hoīs cū dico. hō est aīal ratiōale. Secūdo essentia vel natura alicuiꝰ rei demonstrat vel notificat a posteriori ꝑ accidētia ⁊ ꝓprietates rei. Dicit em̄ ꝑmo de aīa. Accidentia magnā partem cōferunt ad ꝯgnoscendū ꝙ qd est. id est substātie. ⁊ sic est in ꝓposito. hoc regimen vocat ex vi demonstratiōis essentie. Notandū est etiā ꝙ noīa sunt duplicia. quedā nomina q̄ ꝑ se. ⁊ ex se importāt laudem vel vituperiū. vt pax. iusticia. pietas ꝑ se important laudem. ſꝫ odiū. discordia ira ꝑ se importāt vituperiū. Alia aūt sunt nomina q̄ ꝑ se nō importāt laudem vel vituperiū. sed indifferenter possunt trahi ꝑ adiectiua que ſcant laudem vel vituperiū. Ut vir. Possum em̄ dicere. bonus vir. Similiter malus vir. Silr̄ homo. Possum em̄ dicere. bonus homo. ⁊ possum dicere. malus hō. Quādo ergo in orōe ponit nomen qd̄ ꝑ se importat laudeꝫ vel vituperiū nō oportet addare adiectiuum laudis vel vituperij. vt homo pacis. nō oportet dicere. homo bone pacis. Silr̄ sufficit dicere. homo peccati. ⁊ nō oportet dicere. homo mali pcti. Peccatū em̄ de se ꝑ est maluꝫ. Istis notabilibꝰ sic stātibꝰ est.

## Cōclusio responsalis. Inter regimina

gti ꝑncipalia regimen ex vi possessiōis ⁊ ex vi demōstratiōis essentie sunt sufficiēter assignata. Ptꝫ vitas ꝯclusiōis ex notabilibus.

**Arguit primo.** Autor male ꝓcedit determinādo de regimine obliquoꝝ. Probat. qꝛ priꝰ debuit determinare de regimine obliquoꝝ. quod habent a verbis q̄ꝫ a nominibus. ⁊ tamen ipe facit oppositū. Probat. qꝛ cōmuniora sunt priora ꝑmo phisicoꝝ. Et de prioribus prior est speculatio. tercio phisicoruꝫ. sed regimen genitiui a vbis est cōmunius q̄ꝫ regimen. genitiui a noībus.

igitur. Probat. quia verbū regit gtm̄ casum a pte ante vt multi dicunt vt regis interest. Similiter a parte post. vt recordor lectionis. sed nomen solū regit gtm̄ a parte post. vt filius petri. Dico verū argumentū ꝯcluderet si alexander istū respectū habuisset. sed alexāder habuit respectū ad hoc. quia nomē est pars ꝑncipalior q̄ȝ verbū. ꝛ nomen ꝑcedit verbū. ergo ꝑus determinauit de regimine obliquorū qḋ habet a nominibus. ꝛ postea de regimine gtī: qḋ habet a verbis.

**Arguit scḋo.** Littera alexādri est insufficiēs. Probat sic. qa obliqui etiā regunt a participijs. vt legens lectionē. Similit obliqui regunt a ꝓnoib⁹. vt hec volucrū. vt postea patebit. ꝛ alexander de his nihil dicit. igit est insufficiēs. Tenet ꝯña. quia nō ponere necessaria ē īsufficiēter ꝓcedere. Dico q licet alexander nō dixit de regimine participiorū. tñ hoc intellexit de regimie verborū. qꝛ participiuȝ habet regimen sui verbi a parte post. sed regimē ꝓnominū comprehendit sub regimine nominū. quia tam nomen q̄ȝ ꝓnomen significant substantiā.

**Arguit tercio.** In ista orōne. aula ducis: hoc regimē nō habet denominari ex vi possessiōis. Probat. in ꝑdicta oratione ꝯstructibile ſcans possessorē est vltimū. ergo ab eo debet denominari ꝑdictū regimē. Tenet ꝯña. quia a fine oīa sunt denomināda. scḋo de aīa. Antecedēs aūt est notū. Dico verū argumentū ꝯcluderet si in regimine possessiuo possessor esset causa totalis regiminis. sed nec possessor nec possessa res est causa regiminis sed vtrūqȝ simul quibus ꝯuenit possessio. possessori ꝯuenit possessio actiue. ꝛ res possessa passiue. ꝛ g̊ regimē ꝯueniētius denominat ab illo qḋ ꝯuenit vtriqȝ q̄ȝ ab vno tm̄. ꝛ oīa denominant a fine in moralibus ꝛ reb⁹ hūanis. Dicimus em̄ cū finis bonus est. totū opus laudandū est.

**Arguit quarto.** Dictio ſcans rem possessam nō regit gtm̄ significantē possessorē. igit. Probat qꝛ vt hoc fieret cū verbo vel sine v̄bo. Nō cū verbo. qꝛ alias alexāder in lrā esset insufficiēs q non apponit verbū. Sed q nō sine verbo ꝓbatur ꝑ Priscianū primo minoris. qui ostendi q cū ntūs regit gtm̄ ibi necesse verbū subintelligit. vt tunica petri. valet. Tunica est petri. Dico q ibi subintelligit verbū substantiuū nō de necessitate regiminis. sed ꝓpt orationē perfectā exprimendā. ꝛ hoc voluit priscianus.

**Arguit quito.** Dictio ſcans rē possessaȝ regit ablm̄ igit. nō gtm̄. ꝓbat in ista orōe. Hec res est possessa a me. ꝓbatur. qꝛ hec dictio possessa ſcat rē possessaȝ. qꝛ est participiū ꝑteriti tpis. ꝛ ſcat rē possessaȝ. ſi g̊ regit ablm̄ nō regit gtm̄ Tenet cōsequentia. quia idē solū facit idem scḋo de gñatione. Dico q regula alexandri intelligit de dictione ſcante rem possessam. q̄ dictio est nomē. modo possessa in ꝑdicto exēplo est ꝑticipiū ꝛ regit. ablm̄ mediāte ꝑpositione in virtute sui verbi passiui.



**Arguit sexto.** Per hāc orōnē Uir duri capitis. nō significat vel demonstrat eēntia rei. ergo in ꝑdicto exēplo nō est regimen ex vi demōstratiōis eēntie. ꝓbatur antecedēs. Essentia rei illa ostendit ꝛ exprimit per genus ꝛ differentiā. sed in predicta orōe nō ponit genus ꝛ differētia. nec ꝑdicta oratio est diffinitio ergo per predictā orationeȝ nō demōstratur essentia rei. Maior est Boetij in libro diffinitionū. qui ostendit q essentia rei exprimit per diffinitionē. Et est etiā aristotelis septimo methhaphisice sententia. ꝛ primo topicorum. Minor est nota. Dico verum argumentū concludit q per dictam orationē nō significatur vel demonstratur essentia rei a priori. qꝛ solū fit per diffinionē. sed per predictam orationeȝ demonstrat rei essentia a posteri per accidens vt declaratum est in notabili quarto.

**Arguit septimo.** In isto exemplo. Uir fortis dextre non exprimitur vel importat laus. igit prima regula falsa. ꝓbatur. quia fortis non importat laudem. ꝓbatur sic. Propter illud quod inest nobis a natura. non laudamur nec vituperamur. sed fortitudo inest nobis a natura. igitur. Maior est Aristotelis primo ethicorū. Minor est nostra. quia fortitudo nō est aliud q̄ȝ quedā vigor corporis inexistēs homini a naturā. sicut debilitas est quedā defectus ꝛ naturalis impotentia inexistēs homini etiā a natura. Dico verum argumentū ꝯcludit q hic laus vel vituperiū nō capitur vt capit ꝑmo ethicorū. vbi dicit. Laus est sermo elucidās magnitudineȝ v̄tutis sed capitur hic laus vulgariter quo aliquis laudat etiā apud vulgū. et sic populus cōis laudat hoīem forteȝ. Proprie ergo laus est a virtute. laus tñ cōiter dicta potest esse ab illo quod inest a natura.

**Arguit vltimo.** In isto exemplo. vir magni ingenij. hic nō importatur laus. ꝓbat. qꝛ hoc adiectiuuȝ magnus nō importat laudē ꝓbatur. quia importat mediū. vt patet secūdo minoris in diffinitiōe adiectiui. vbi priscianus dicit q hoc nomē magnus importat mediū. Dico licet hoc nomen magn⁹ quantū ē ex se nec importat laudē nec vituperiū. tamen ex adiunctione cū substantiuo importat laudē vel vituperiuȝ. De laude. vt vir magni ingenij. De vituperio. vt vir magne nequicie.

Et debet parti quod pars fuit annumerati
Clausum sub parte dices tunc tempis esse
Contentū regit hos: & res que cōtinet illos
Vt vinum vasis: & sunt duo dolia vini
Contentis suberunt ea que contenta fuerūt
**Notādū scđo: ꝙ de materia ꝓposite q̄stiōis** apud grāmaticos duplex est positio. quidā em̄ dicūt. vt cōes grāmatici ꝙ ista verba impsonalia in littera posita. immo oīa ṽba impsonalia actiue vocis regūt obliquos a ꝑte ante intrāsitiue. sicut em̄ verbū ꝑsonale regit ntm̄ a ꝑte ante intransitiue ⁊ est suppositū directū. sic verba impsonalia actiue vocis regūt obliquū a ꝑte ante ⁊ sunt supposita indirecta. Et ſm eos ex littera alexādri format talis regl'a. Ista tria ṽba impsonalia actiue vocis in littera posita. scʒ interest. refert. ⁊ est captum ꝓ pertinet. ꝯgrue regūt a ꝑte ante gtm̄. exceptis tamē q̄nq̧ genitiuis ꝓnoīm possessiuoꝝ. vt regine refert vt viuat crimīe pura. Patris est est succurrere pio nato. que valet istā. Ad patrē ꝑtinet succurrere pio nato. Alij aūt grāmatici dicūt oppositum. ⁊ dicūt ꝙ ista tria ṽba impsonalia in littera posita. ⁊ generaliter oīa ṽba impsonalia actiue vocis regūt obliquos casus a ꝑte post. vt patebit inferi⁹. Etiā probant hāc positionē ex littera alexādri. Dicit em̄ alexander in textu ꝙ tu debes iūgere ista verba interest. refert ⁊ hoc verbū impsonale est. captum ꝓ pertinet ad regendū gtm̄. Sicut iste dictiōes oblitus. memini. memor ⁊ recordor. Cōstat aūt ꝙ predicte dictiōes regūt gtm̄ a parte post. ⁊ ergo ipi ꝯcludūt ꝙ p̄dicta verba impsonalia etiā regūt obliquum a ꝑte post. Et ipsi dicūt ꝙ licet aliquādo in scriptis autenticis inuenitur ꝙ verba impsonalia actiue vocis habeāt obliquū a ꝑte ante ſm modū loquēdi. tn̄ ſm regimē debet regi a ꝑte post. vt ibi. Me oportet crescere. illū aūt minui. dicūt ꝙ iste actūs me ſm vocem ꝑponit huic

ꝟbo oportet. tñ ſm modū regendi regit͛ a parte poſt.

**Notandū tercio ſm Priſcianū ꝑmo minoris.** Rō quare iſta tria verba impſonalia nō regūt iſta gnqꝫ ꝓnoīa ī gtō. ſed in ablrō eſt duplex. Prima ꝓpter coincidentiā ⁊ ꝯuenientiaꝫ vocū. Grāmaticus em̄ debet euitare duo. Primū coincidentiā vocum Scdm̄. malū ſonū. modo ideꝫ eſt gtūs ꝑmitiui ſcdm̄ voceꝫ etiā deriuatiui. Scdo hoc fit ꝓpter dubiū remouendū. ſi em̄ dicerē. mei intereſt dubiū eſſet an ſermo fieret de poſſeſſore vel re poſſeſſa. Non ergo regunt in gtō poſſeſſiua. ſed in ablrō: vt mea intereſt. tua intereſt. vt dicet͛ in caplō de regimine ablri. Ratio aūt q̄re regunt in ablatiuo ꝓpt͛ magnā coincidentiā quā habet genitiuus cuꝫ ablrō. Uñ ⁊ greci carentes ablrō loco eiꝰ poſuerunt gtm̄. Alia ratio eſt iſta. qꝛ iſta poſſeſſiua includunt illū ablrm̄ re vel vtilitate ⁊ ergo regunt͛ in ablrō. Unde iſta mea intereſt valet tantuꝫ. id eſt ad meā vtilitatem ꝑtinet. tua intereſt id eſt ad tuā vtilitatem ꝑtinet.

**Notandū quarto ⁊ vltimo ꝙ hoc ꝟbuꝫ** eſt tenet͛ impſonaliter quattuor modis. Primo quando valet tantum ſicut ꝯtingit. vt ibi eſt quādo tercia ꝯiungatio. vbi hoc verbum eſt valet tantū ſicut ꝯtingit. Scdo quādo adiungitur gerundijs vel ſupinis verboꝝ impersonaliū. vt a me legendū eſt a te loquendum eſt. Tercio qñ ſumitur ꝓ ꝑtinet: vt in ꝓpoſito. Quarto quādo ſ͛cat ſtatum. vt ita eſt de Johāne ſicut de eo dicit͛. id eſt iohannes eſt in illo ſtatu ⁊ cōditione ſicut de eo narrat͛. Jſtis notabilibus ſic ſtantibus eſt.

**Cōcluſio reſponſalis. Verba impſonalia** actiue vocis regunt a parte poſt obliquos caſus. Probat ꝑmo concluſio autoritate grāmaticoꝝ ꝯmuniū hoc dicentiū. Licet antiqui grāmatici oppoſitū huius tenent ⁊ docēt. Ratione aūt ꝓbat͛ tali. Omne ſuppoſitū regit͛ a ꝑte poſt. ſed obliquus eſt ſuppoſitū verboꝝ impſonalium. ergo verba impſonalia regūt obliquū a parte poſt. Maior. qꝛ nō eſt intelligibile ꝙ ſuppoſitū ſequeret͛ illud cuiꝰ eſſet ſuppoſitū. immo in natura ſemꝑ ſuppoſitū precedit. ad minus natura ⁊ via generatōis appoſitū. vt materia formā. ſic etiā in arte cū ars imitat͛ naturaꝫ ſcdo phiſicoꝝ. Minor qꝛ obliquus eſt ſuppoſitū indirectū reſpectu verbi impersonalis. ſicut nrūs eſt ſuppoſitū directum reſpectu verbi ꝑſonalis. Scdo ꝓbat͛ ꝯcluſio. Quēcūqꝫ caſum regit aliqđ verbū cū eſt ꝑſonale a parte poſt. eundē caſum regit a parte ante cū eſt impſonale. ſed verba impſonalia actiue vocis cū ponunt͛ ꝑſonaliter regūt a parte poſt. obliquos. ergo cū eadē verba ponunt͛ impſonaliter deberēt regere obliquos a parte ante. Maior eſt regula priſciani ꝑmo minoris. ⁊ Johannis ianuenſis in catholicon cū loquitur de verbis impſonalibus Licet



plurimi dicant hāc regulā nō eſſe Priſciani. nec Johānis ianuēſis. qđ eſt falſum. Minor declarat inductiue. hoc em̄ verbū iuuat cū ponit͛ ꝑſonaliter regit accuſatiuū a parte poſt. vt iuuo te. ergo cū ponit͛ impſonaliter debet regere accuſatiuū a parte ante. vt me iuuat legere. id eſt delectat. Tercio probat͛ cōcluſio. Omne principiū ⁊ cauſa eſt ante principiatum. ſed obliquus ſ͛cat rem que eſt principium ⁊ cauſa actus importati per verbū impersonale. ergo verbū impersonale regit obliquum a parte poſt. Tenet ꝯſequētia. quia ſicut eſt in eſſendo ita etiā eſt in intelligendo. alias intellectio eſſet falſa. Maior. quia principium influit eſſe principiato. Modo dans ⁊ in fluens eſſe. precedit illud quod ſuſcipit eſſe. Minor patet in iſta. Me iuuat canere. in q̊ exemplo actus delectatōis ꝓcedit a re ſ͛cata ꝑ me. ergo iſte actūs me regit͛ a ꝑte ante.

**Arguit͛ primo.** Nullum verbū poteſt imperſonari. ⁊ ergo nullum eſt verbū impſonale. Probatur ſic. Omne verbū eſt alicuius ꝑſone. igit͛ nullum verbum eſt imperſonale Tenet ꝯſequentia. qꝛ ideo dicit͛ impſonale. quia nō habet ꝑſonā. Antecedēs. qꝛ om̄e verbū ſignificat actū. ⁊ om̄is actus aut ſignificat͛ vt attribuit͛ rei que facit mentionē de ſe vt de ſe. ⁊ ſic eſt prima ꝑſona. vel de alio vt de alio. ⁊ ſic eſt ſcda ꝑſona. vel ad aliū vt ad aliū. ⁊ ſic eſt tercia ꝑſona. Concludit͛ ergo ꝙ nullū eſt verbū impſonale. Dico verū argumētum ꝯcludit ꝙ verbū nō dicitur ideo impſonale ꝙ nullius eſſet perſone. ſed quia quantū eſt de ſe nullā perſonā certā includit. ſed eſt indifferens ad omnē perſonā vt iuuat cū ponit͛ impſonaliter poteſt eſſe omnium perſonarū indifferenter. Sequit͛ corollarie ꝙ cū dicit͛ impſonale illa negatio non. non negat: omnē perſonā. ſed negat certitudinē ꝑſone vt declaratū eſt.

**Arguit͛ ſcdo.** Non eſt poſſibile ꝙ vnum verbuꝫ includeret omnes ꝑſonas. Probat͛. vnū nō includit oppoſita. ſed ꝑſone tres habent oppoſitas ratiōes ſpecifice diſtinctas. ergo vnū verbū nō poteſt includere om̄es ꝑſonas. quare ſequit͛ ꝙ prior ſolutio nō valet. Maior. quia oppoſita ſe mutuo expellunt. vt ꝑꝫ in poſtꝑdicamentis. Minor eſt autoris modoꝝ ſignificandi. qui dicit ꝙ tres ꝑſone differunt ſpecifice. Dico ꝙ idē nō includit oppoſita actu. ſed bene potentia. vt genus includit duas differentias oppoſitas poteſtate vt dicit porphirius. ſed nō actu. ſic in ꝓpoſito verbū impſonale includit oēs tres ꝑſonas poteſtate verbū ergo impſonale nullā certā ꝑſonā quantū eſt de ſe habet. ſed eſt indifferēs ad om̄es. ſed certitudinē recipit a ſuppoſito. Si em̄ ꝟbo impſonali addit͛ ſuppoſitū prime ꝑſone ipꝫ etiā erit ꝑme ꝑſone. vt me decet. Si addit͛ ſuppoſitū ſcde ꝑſone. ipſuꝫ erit ſcde ꝑſone. vt te decet. Si tercie. ipꝫ erit tercie ꝑſone. vt illū decet

**Arguit͛ tercio.** Nullū eſt verbū impſonale. probat͛ ſic. Diffinitū nō pōt abſolui a mēbris diffiniētibus ſed ꝑſona eſt mēbrū diffiniēs verbū. igit͛ verbū nō pōt abſolui a ꝑſona

⁊ ꝑ ꝯsequēs nullū est verbū impꝑsonale. Maior. qꝛ partes diffinitionis ostendūt ⁊ indicāt quiditatē diffiniti. vt declarat̄ septimo methaphisice ⁊ p̄mo topicoꝝ. Minor est donati. q diffiniēs verbū dicit. Uerbuꝫ est pars orōis cū tpe ⁊ ꝑsona. Dico ꝙ diffinitū nō absoluit̄ a mēbꝛꝫ diffinientib⁹ veꝝ est essentialibus. sed bene accidētalib⁹. modo ꝑsona est accidēs verbi. ⁊ verbū etiā nō dꝛ impꝑsonale simpliciter sed eodē modo vt dictū est in solutiōe p̄mi argumenti.

## Arguit̄ quarto.

Hoc verbū recordor nō regit gtm̄. igit̄. littera alexādri falsa. Probat̄ an̄s. Recordor regit accusatiuū igit̄ nō genitiuū. Tenet ꝯsequētia. qꝛ idē solū facit idē. vt patet scōo de generatione. sed hoc verbū recordor est solū vnū ⁊ idem. ergo regit tm̄ vnū casum. Antecedens patet. qꝛ hec est ꝯgrua. recordor lectionē. Et patebit hoc idē in caplo de regimine acti. Dico ꝙ verū argumentū ꝯcludit ꝙ idem eodē modo se hn̄s solū facit ideꝫ. modo hoc verbū recordor alio modo regit accusātiuū ⁊ alio modo gtm̄. quādo em̄ regit genitiuū tūc significat partē. sed quādo accusatiuū tunc ꝑcat totū. vt recordor lectionis. valet tm̄. i. recordor partē lectionis. sed ista recordor lectionē valet tantū. id est recordor totam lectionē.

## Arguitur quinto.

Hoc verbū interest nō regit gtm̄. igit̄. ꝯclusio falsa. ꝓbat̄ antecedens. Interest regit ntm̄. igit̄. Probat̄. qꝛ hec est ꝯgrua. Johānes interest huic concordie. in qua hoc verbū interest regit nominatiuū scꝫ Johānes. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ quādo interest valet tantuꝫ sicut p̄sens est tūc regit ntm̄. sed ita nō capitur hic. sed hic capit̄ interest vt tm̄ valet sicut pertinet.

## Arguit̄ sexto.

Hoc verbū est captū ꝓ pertinet nō regit genitiuū igit̄. Probat̄. qꝛ ꝑtinet nō regit gtm̄. ergo nec hoc verbū est captū ꝓ pertinet. Tenet ꝯsequētia. qꝛ de equiualentibus idē est iudiciū. Dico ꝙ de equiualētibus ideꝫ est iudiciū que in oībus ꝯueniunt. modo sic nō est in ꝓposito. pertinet em̄ ⁊ est captuꝫ impꝑsonaliter ꝯueniūt solū quo ad significatū. sed nō quo ad modū significādi. modo regimē oritur ex proportiōe modoꝝ significādi ⁊ non ex significatis.

## Arguit̄ septimo.

Uerba impꝑsonalia in littera posita etiā regūt genitiuos possessiuos. Probat̄. quia hec est ꝯgrua. mei socij interest legere. vt oēs ꝯcedūt. in qua orōe mei est gtūs possessiuus. Dico ꝙ ista verba impꝑsonalia bene possunt regere gtm̄ possessiuum addito substātiuo. sed ꝑ se nō. ꝓpter ratiōes p̄dictas in tercio notabili.

## Arguit̄ octauo.

Uerbū impꝑsonale nō regit obliquū casuꝫ a pte ante. igit̄ ꝯclusio falsa. Probat̄ an̄s. sicut ꝯtingit intelligi. ita ꝯtingit exp̄mi. sed cōtingit intelligi absolute actū verbi sine supposito. ergo ꝯtingit etiā sic exp̄mi. ⁊ ꝑcōsequēs verbū impꝑsonale nō requirit vel regit obliquū a parte ante in ratiōe sui.



Maior est nota. qa modus loquēdi p̄supponit modū ꝯcipiendi. nihil em̄ possumus exprimere nisi ꝯcipiamus illud antea in mēte. qꝛ ea que sunt in voce sunt signa eoꝝ q̄ sunt in aīa. vt patet primo periarmeniaꝝ. Minor patet. quia actus verbi ꝑcat accidens Accidēs aūt in se ꝯsideratum habet ꝯceptū absolutū distinctū a ꝯceptu substantie. vt ꝓbat. Auicenna. Ergo ꝯtingit intelligere actum verbi sine substātia ꝯsiderādo actū verbi ſm suā essentiā ⁊ ꝓpriā naturā. ⁊ ꝑ ꝯn̄s etiaꝫ ꝯtingit ita exprimi. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ absolute loquēdo bene ꝯtingit exprimere significatū verbi sine supposito. sed habēdo respectū ad finē grāmatice. videlicet quo ad orationē perfectā ⁊ sententiā ꝑfectaꝫ tunc nō potest hoc fieri quomodo in dyasinthetica ⁊ in ꝓposito ꝯsideratur verbū in ordine ad suppositū cū quo ꝯstituit orationē ꝑfectā.

## De absolutiōe Genitiui.

Et rectore caret genitiuus sepe locabis
Cum nullū motum designes, dū precutis
Sit numeri nomen: & prime siue secunde
Rothomahi studeas vl' rōe deide moreris
Milicie tamen atqꝫ domi residebis humiqꝫ
Vespere pascalis hoc poni more videbis.

**Utrū littera** alexādri de absolutōe gti sit bene assignata. Pro intellectione qstionis more. Notadū est est prio ꝙ absolutio gti diffinit̄ sic. Est ꝯstructio gti cū verbo nō significāte motū localē exteriorē ⁊ absqꝫ expressiōe vel subintellectione alterius ꝯstructibilis ipm regentis. vt sum Cracouie. Dico notāter p̄mo in diffinitiōe cū verbo nō significāte motū localem exteriorē. qꝛ gtūs positus absolute potest ꝯstrui cū verbo significante motū localē interiorē. vt ego spacior Cracouie. Ego transeo Cracouie. Dico scōo. ⁊ absqꝫ expressione vel subintellectione alterius ꝯstructibilis ipsum regētis. ꝓpter istaꝫ vel ꝯsimilē. Pater sortis dormit. vbi iste gtūs sortis ꝯstruitur cū verbo scꝫ dormit qđ significat quietē in loco. nō tn̄ ponit̄ absolute. qꝛ ibi ponit̄ exp̄sse dictio regēs scꝫ pater.

## Notandū scōo. ꝙ sex ꝯditiones requiruntur

ad gtm̄ q debet poni absolute. Prima ꝙ ille gtūs debet esse ꝓpriū nomē. ⁊ ergo in ista studeo ciuitatis iste gtūs ciuitatis nō ponit̄ absolute. vel in ista suꝫ ecclesie. Sequit̄ corrollarie ꝙ ista ꝯn̄a nō valet. ego studeo rome. ergo studeo ciuitatis. ⁊ nō arguit̄ ab inferiori ad superi⁹ quia regula ab inferiori ad superius tenet in oratōe ꝯgrua. modo ista nō est congrua. studeo ciuitatis. Scōa ꝯditio ꝙ talis gtūs debet significare locū minorem. ergo male dꝛ. studeo polonie. sed est dicendū. studeo in polonia Tercia ꝯditio est talis. Gtūs debet esse singularis nūeri. ⁊ ergo male dꝛ. Studui athenarū. sed debet dici in ablatiuo. studui

athenis. Quarta ɔditio ꝙ talis gtūs sit simplicis figure. ⁊ ꝗ nō bn̄ dr̄. studeo montis pessani. sed est dicendū. studui in mōte pessano. Unde mons pessanus est nomē ciuitatis in hispania. ⁊ ɔponit a noīe pes et mons ⁊ lanus. ⁊ lanus est fluuius fluēs circa partē inferiorē mōtis. Similiter mediolanū est cōposite figure. ⁊ cōponit a medius ⁊ lana lane. In ɔstructiōe em̄ ⁊ edificatiōe ciuitatis apparuit porcus habēs ꝑ media pte corporis lanā. Quinta ɔditio ꝙ talis gtūs sit p̄me vel scd̄e declinatiōis. ⁊ ergo male dr̄. studui carthaginis. sed studui carthagine. Sexta ɔditio ꝙ talis gtūs ɔstruat cū verbo significāte quietē in loco. vel saltē motū interiorē in loco. q: verba significātia motū de loco ad locū construnt cū accusatiuo vl' ablatiuo. vt vado romā. male ergo dicit curro rome. vado rome. nisi intelligeret de motu interiori.

**Notādū tercio. Regula ex littera alexādri** elicit ista. Gtūs ꝓprij noīs loci minoris singularis nūeri. p̄me vl' secunde declinatiōis simplicis figure ɔstructus cū verbo significāte. gerez vel motū interiorē in loco ponit absolute. vt studeo prage. moror Cracouie. Huius regule declaratio patet ex notabi scd̄o. Sequit correlarie ex dictis ꝙ aliter ntūs ponit absolute ⁊ aliter gtūs. Ntūs em̄ ponit absolute. q: nō habet regēs expressum. tamen habet subintellectū. vt p3 i ista. bn̄dicite dn̄s. s3 gtūs ponit sic absolute. q: nec h3 regēs exp̄ssu3 nec s̄bintellectū. vt sū rome. Utrū āt i ista su3 romē sit aduerbiū vel nomē ⁊ generalit. an dictio posita absolute sit nomē vel aduerbiū. vt quidam volunt patet de regimine ablatiui.

**Notandū quarto ⁊ vltimo alexander i** fine istius capituli adiūgit aliā regulā. ⁊ est hec. Illi tres gtī humi. milicie ⁊ domi ɔstructi cū verbis significātib⁹ quietē in loco. etiā ponunt absolute. vt residebis milicie.. Et est notandū ꝙ alexāder i ista additione nō facit mentionē de isto noīe rus. q: hoc nomē rus est tercie declinatiōis. ⁊ nō habet ɔstrui cū p̄dictis verbis in gtō. sed potius in ablrō vt patet in caplo de regimine ablatiui. Et est etiā notandū ꝙ ista quatuor noīa rus. domus. milicia ⁊ humus sunt noīa appellatiua: tamē antiqui vsi sunt ipis tāqȝ ꝓprijs. Ista em̄ quatuor noīa s̄cant specialia loca. rome distincta. vbi em̄ habitabāt milites ⁊ nobiles dicebat milicia vbi mechanici dicebat humus vbi ciues dicebat humus. vbi rustici dicebat rus. In fine alexāder subiūgit ꝙ in anthiphona q̄ canit in vigilia pasche. videlicet in ista. Uespere aūt sabbati venit maria magdalena. Iste gtūs vespe ponit absolute. ⁊ venit ille gtūs vespe a noīe vespera. qd̄ s̄cat tps matutinū. Est aūt sensus oratōis p̄dicte iste. Maria magdalena ⁊ maria iacobi veniūt ad sepulchrū vespe sabbati. id est in p̄ma hora vl' in matutina hora in die festo. Est etiā notandū ꝙ vespe in textu supponit ⁊ accipit materialiter. nō ꝓ se. sed ꝓ sibi simili. videlic3



ꝓ illa dictiōi vespere posita in antiphona paschali. que canit. vespere aūt sabbati. si em̄ in littera caperet ꝑsonalr tunc esset gtūs casus noīs p̄me declinatōis. gtūs autē casus prime declinatiōis est vltima longa. q: talia desinūt in ae dipthongon idest in e productū. ɔstat aūt ꝙ hui⁹ dictionis vespere in metro vltima syllaba est breuis. vt patet in scandēdo metrū: Et vespere in textu pōt eē indr̄nter ntī vel accusatiui casus Si em̄ in textu ponit videt tūc est nomiatiui casus. si aūt videbis tunc est accusatiui casus. Istis notabilibus sic stantibus est.

**Conclusio respōsalis. Littera alexādri** de absolutiōe genitiui est sufficient assignata. Patet veritas ɔclusiōis ex his que dicta sunt.

**Arguitur primo.** Genitiuus non pōt poni absolute. igit ɔclusio falsa. ꝓbat añs. qa si sic maxime in ista orōe sum rome respectu huius verbi sum. sed hoc est falsum. Probat sic. Habitus ⁊ priuatio habent fieri circa idē. modo regimē ⁊ absolutio hn̄t se sicut habit⁹ ⁊ p̄uatio. vt prius est dictū. sed hoc verbum sum nō regit gtm̄. sed potius regit ntm̄. vt dictū est ante. ergo nec potest causare absolutionē genitiui. ergo in ista sum rome iste gtūs rome non ponit absolute. Dico ꝙ habitus ⁊ priuatio habent fieri circa idem specie. sed non nūero. vt visio ⁊ cecitas habēt fieri circa oculū. ⁊ nō circa vnū ⁊ eundē oculū singularē. ⁊ sic in ꝓposito nō oportet ꝙ idem verbum numero sit causa regiminis ⁊ etiā absolutionis.

**Arguit scd̄o.** Hec est inepta sum rome. ergo nō admittit ratiōe absolutiōis. Añs ꝓbat. q: sequit bn̄. sum rome. ergo sum ciuitatis. Tenet ɔn̄a ab inferiori ad superi⁹. Dico ꝙ cōsequētia ab inferiori ad superius bene valet in oratiōe cōgrua. modo hec est īgrua. sum ciuitatis. ergo ɔsequētia nō valet.

**Arguit tercio.** In ista oratōe sum rome nō est absolutio genitiui igit. Probat añs. vel ergo rome esset nomē vl' aduerbiū. nō aduerbiū. q: dictio absolute posita nō est aduerbiū. sed nomē vt alexāder ꝓbat in fine de ablrō. Sed ꝙ nō sit nomē. ꝓbat. q: gtūs absolute positus resoluit in aduerbiū loci sc3 in ablm̄ mediāte p̄positōe. ergo est aduerbiū. Tenet ɔn̄a. q: de equiualētibus idē est iudiciū. Antecedēs patet de ista. Ego sum hic. q̄ resoluit sic. ego su3 in isto loco. Similiter ista. Ego su3 Cracouie resoluit sic. Ego su3 in Cracouia. Dico ꝙ de equiualentib⁹ idē est iudiciū nō vniuersaliter. sed ꝑticulariter. resolutio em̄ non potest arguere ydemptitatē dictionū sub pte. In s̄ili ista. Johānes currit resoluit sicut ista. homo currit. ⁊ tn̄ vna est singularis ⁊ alia indefinita. ⁊ ergo argumentū nō ɔcludit.

**Arguit quarto.** Sū rome. hic nō ponit absolte gtūs igit ꝓbat. vbi ē regimē ibi n̄ ē absolto s3 hic sū rome ē regimē. igr̄. n̄ absolutio. Añs ꝓbat. vbi dcō exigit s̄b certo casu.

sub certo casu. ergo hic. sum rome est regimē. Maior patet ex diffinitione regiminis. Minor. q2 in alio casu nō admittit. vt in actō vel ablatō. quia hic nō admittit. sum roma. Dico verū argumentū ꝯcluderet. si in isto exēplo exigeret iste gtūs rome sub ratiōe casus. sed exigitur sub ratione specificātis ꝛ determinātis.

**Arguit quinto.** Gtūs nō ponit absolute. igit. Probatur. Quicqd ꝑcat ꝑ modū dependētis ad alterū nō absoluit a regimine. sed gtūs ꝑcat ꝑ modū dependētis ad alteꝝ. igit. Maior. q2 dependētia est causa regiminis. Minor. q2 omnis obliquus dependet a suo recto ex quo deriuat a recto sicut effectus a causa. Dico veꝝ argumentū ꝯcludit ꝙ quilibet obliquus dependet depēdentia deriuatiōis. sed nō dependētia regiminis ꝛ hec colligit in absolutione genitiui.

**Arguit sexto.** Ista nomia. milicia. hum⁹. domus nō possunt poni absolute. pbatur. Nullus genitiuus ponit absolute nisi loci ꝓpriū minoris. sed milicia. domus non sunt ꝓpria nomina. igit nō ponūt absolute. Maior est alexādri in textu. Minor. quia milicia humus domus sunt noīa appellatiua. Dico verū argumētum ꝯcludit ꝙ ista nomina sunt appellatiue qualitatis. sed tamen vtimur eis vt propriis inquantū significat loca specialia rome.

**Arguit septimo.** Littera alexādri est incōgrua. igit. Probat. q2 adiectiuū ꝛ substantiuū in ea discōueniunt. Probatur. q2 vespe substantiuū est generis neutrius. ex quo ponit materialiter. modo dictio materialiter posita est generis neutrius. ꝛ adiectiuū paschalis est gnīs cōmunis. Dico verū argumentū ꝯcluderet si vespere esset substantiuū hui⁹ adiectiui paschalis: sed ei⁹ subm est anthiphone. ꝛ valet tm̄. vespe iste gtūs. i. antiphone pascalis.

**Arguit octauo.** Uespe nō ponit absolute. Probat. Nullum aduerbiū ponit absolute. sed vespe est aduerbiū igit. Maior est nota. Minor. q2 si esset nomē tūc esset gti casus vltima longa. Probat. quia noīa pme declinatiōis termināt genitiuū singularē in e ꝓductam. sed vespere in textu est vltima breuis. vt patet in scādendo versum. Dico verū argumentū ꝯcluderet si vespere in textu esset genitiui casus: sed dico ꝙ est accusatiui casus vel nominatiui. vt patet in vltimo notabili.

## De regimine Datiui.

¶ Possessum debes sociare genusqꝫ datiuo
Cum verbo per quod substantia significat
Sicqꝫ relatiue voces hunc sepe gubernāt
His contrarietas sociatur proximitasqꝫ
Isti dissimilis vicinus siue propinquus
In bilis aut in dus verbalia iungis eisdem
Sic nobis christus amabilis est & amandus
Damnū significans aut vtile pone datiuo
Hic patri gratus: hostiqꝫ grauis dare debes
Patri si prosit illud quod subtrahis hosti
Istius regimen dabit acquisitio casus
Nobis est passus qui nobis cuncta creauit
Nobis surrexit qui nobis tartara fregit
Verbo sepe duos dabis acquirendo datiuos
Hec mihi sunt lucro: sunt vobis cetera damno
Acquisita notes, quibus acquisita videbis

**Utꝝ littera** alexādri de regimie datiui vsqꝫ ad istaꝫ litterā. Sepe resoluisi ab sit bn̄ assignata. Pro intellectiōe questionis more.

**Notādū** est primo. ꝙ alex determinans de regimine datiui ponit plures regulas quaꝝ pria est ista. Dictio significans rē possessaꝫ cōgrue pōt regere a pte post dtm̄ ꝑcātē possessorē cū interpositiōe verbi substātiui vt equus est mihi. Scda regula dcō ꝑcās rem q̄ est principiū alicuius genealogie ꝯgrue regit a pte post dtm̄ ꝑcantē reꝫ respectu cuius est talis genealogia ꝑ interpositionē verbi substantiui. vt pater est mihi. ꝛ est notādū qd in istis regiminibus nō addit verbū substantiū causa regiminis. sed ꝓpter ꝑfectā ꝛ ꝯpleram sentenciā faciendam. ꝛ he regule tangunt cum dr. Possessum debes sociare genusqꝫ dtō. Cū verbo ꝑ quod suba ꝑcat. Tercia regula est ista dcōes relatiue logicales tam equiꝑantie q̄ʒ disquiꝑantie ꝯgrue regūt a pte post dtm̄ sui correlatiui mediante verbo substantiuo ex vi relatiōis. exm̄ de relatiō. equiꝑantie. vt simil' sili silis. exm̄ de relatiuis disqꝑarantie vt pater filij pater. ꝛ dr Alex. notant in textu sepe quia etiā aliqn̄ regunt gtm̄. vt dictū est prius in capitulo de regimine gti.

**Notādū scdo:** pro intelligētia istoꝝ que dicta sunt in regulis ꝑcedētibus. ꝛ etiā q̄ dicet in regulis sequētib⁹ alex dr in tex. Cū vbo ꝑ qd suba ꝑcat. Sciēdū suba capit dupl'r. vno mō ꝓpe ꝛ sic suba est res ꝑ se exn̄s. vel ꝑs rei ꝑ se exn̄tꝫ. exm̄ pmi vt hō. exm̄ scdi vt aīa. ꝛ isto mō verbū subm nō ꝑcat subaꝫ. Alio mō capit suba cōit' ꝓ essentia ꝛ sic iterū dupl'r. vno mō ꝓ essentia q̄ ꝑcat ꝑ modū habitus ꝛ ꝑmanētie. ꝛ sic capit in dcōe nois. cū dr nomē ꝑcat ꝑ modū entis hoc est sube ꝛ ita etiā verbū subm nō ꝑcat subaꝫ. Alio mō capit suba cōiter pro essentia pura q̄ʒ verbū subm ꝑcat. verbū eni subm ꝑcat essentiā purā sine ꝯnotatiōe actiōis vel passiōis ꝑ modū fluxus ꝛ fieri ꝛ sic capit i tex.

cū dr̄ vbo p qd̄ suba ꝭcat.i.pm⁹ actus scʒ esse.ꝛ nō res p se substās ꝭcat.

**Notandū tercio. Quarta regula ē ista**

Dictio ꝭcans ꝯtrarietatē regit a pte post dtm̄ ꝭcantē rem cui attribuit talis ꝯtrarietas.vt iste est hostis mihi. Quinta regula dictio ꝭcans pximitatē regit a pte post datiuū ꝭcantem rem cui attribuit talis pximitas. Et est notandū ꝙ noia ꝭcantia pximitatē regunt gtm̄. sed nō eodem modo sicut dtm̄. Quando em̄ talia noia regunt gtm̄ nō tenent pure adiectiualiter sed aliqualiter subē.ꝛ dant circa se intelligere certa suba.vt vicinus est qui ppe aliū habitat.ꝛ sic mouent tm̄.sed qn̄ regunt datiuū tunc sunt pura adiectiua mobilia ꝛ ꝯpabilia. Sexta regula est ista.noia verbalia terminata in bilis aut in dus ꝯgrue regunt a parte post dtm̄. vt christus est amabilis nobis christus est amandus nobis. Et est notādū ꝙ noia verbalia terminata in dus qn̄qʒ resoluunt. vł exponunt per suuʒ verbuʒ finiti mōi.ꝛ tunc sunt pticipia.vt christus est amādus nob i.christus amabit a nobis.liber est legendus.i.liber legit. Sed qn̄ exponunt p dignuʒ. vel debet tunc sunt noia.vt christus est amandus nobis i.dignus.vt amet a nobis. Septia regula. Dcō ꝭcans ꝯmoduʒ vel vtilitatē regit a pte post dtm̄ ꝭcantē rem cui attribuit talis vtilitas. exm̄ de noie vt gr̄tus pri.exm̄ de verbo pdest tibi. Octā regula. Dcō ꝭcās damnū vel incōmoduʒ ꝯgrue pōt regere dtm̄ ꝭcantē rem cui attribuit tale damnuʒ.exm̄ de noie grauis hosti. exemplū de verbo subtrahis hosti.

**Notādū quarto ꝛ vltimo ꝙ regimē generalissimuʒ dti est ex vi acqsitiōis sicut regimen gti ex vi possessiōis.**

in omī eni gn̄e reruʒ est dare vnuʒ pmuʒ.qd̄ est metruʒ ꝛ mensura oim̄ alioꝝ.vt oñdit Aresto.x.metha.g̃ etiā in regimine dti est dare vnuʒ primuʒ regimen cōissimuʒ qd̄ est metruʒ ꝛ mensura oim̄ alioꝝ. est em̄ hec regula gn̄alis. Oē verbuʒ psonale cuiuscunqʒ ꝯiugatiōis fuerit siue actiuuʒ siue passiuuʒ siue absolutuʒ siue transitiuum pōt a pte post regere dtm̄ dummodo p talē dtm̄ ꝭcat aliquid acquiri dari vel inferri.vᵒ Non est in mōo vbuʒ qdcunqʒ sit illud. Quin pōt post se casum locare dtm̄. vt christus natus est nob q nob cuncta creauit. Nob surrexit q nob tartara fregit. Nona regula ē ista multociēs vbuʒ subʒ regit a pte post duos dtōs ex vi acqsitiōis quoꝝ vn⁹ ꝭcat rē q̄ acqrit ꝛ aliud ꝭcantē rē cu. aliqd acqrit vt hec sunt mihi lucro. lucro ꝭcat rē q̄ acqrit ꝛ mihi ꝭcat cui aliqd acq̄rit.ꝛ dr̄ Jo.ianu.ꝙ pm⁹ regit ex vi acqsitiōis acqrentʒ.ꝛ scd̄us regit ex vi acqsitiōis acqsite.ꝛ vbū subʒ silr̄.pōt tn̄ aliqn̄ regere tres datiuos vt hec sunt mihi cordi lucro. Istis notabilibus sic stantibus est.

**Conclusio rn̄salis.** **Regule predicte** nouem de regimine dti sunt bn̄ assignate.ptʒ ꝯclusio ex his q̄ dicta sunt.

**Arguit primo.** Verbuʒ subʒ nō ꝭcat subaʒ.igit lr̄a Alex. falsa cuʒ dr̄.Cuʒ vbo p qd̄ suba ꝭcat.anš pbat





Quia illud qd̄ ꝭcat subaʒ est nomē.sed verbū subm nō est nomē igitur. Maior qꝛ ppū est noim ꝭcare subm.vt dr̄ Priscia.pmi minoris. Minor silr̄ est nota.qa verbū subm ꝭcat actū essendi qui est accn̄s. nomen autē ꝭcat subaʒ.mō accn̄s ꝛ suba sunt pmo diuersa. Dico ꝙ verbū subʒ nō significat subaʒ noialē.sed bene verbalē si ꝭcat purā essentiā rei. qa vbuʒ subʒ ꝭcat essentiā purā sine ꝯnotatiōe actiōis ꝛ passiōis p modū fluxus ꝛ fieri vt dictū est in scd̄o notabili in fine.

**Arguit scd̄o.** Dictio ꝭcās rem possessam nō regit dtm̄ cū verbo subo igitur. pbat qa pōt regere sine verbo substantiuo. pbat. quia dictio ꝭcās rē possessam regit dtm̄ ex modo ꝭcādi suo. sed verbuʒ subm nihil facit ad modū ꝭcandi dictiōis q̄ ꝭcat rem possessam igitur tale regimen nō fit mediante verbū substātiuo. Maior est nota silr̄ minor. Dico verū argumētū ꝯcludit ꝙ ad tale regimē nō reqrit verbū subʒ de necessitate sed potius reqritur ppter pfectā suiaʒ faciendā.

**Arguit tercio.** Dcō ꝭcās rē possessaʒ nō regit dtm̄ ꝭcantem possessorē. igit pbat anš. Dcō ꝭcās rē possessaʒ regit gtm̄ igr̄ nō dtm̄.tenet ꝯn̄a.qa idē solū facit idē. vtʒ ij.d gn̄atōe. anš ptʒ ex his q̄ dicta sunt in regimine gti. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ dcō ꝭcās rē possessaʒ regit dtm̄ ꝛ etiā gtm̄ sed nō eodē mō qa dcō ꝭcās rē possessaʒ ꝯsiderata sub rōe acqsitiōis vł vt p talē orōeʒ ꝭcat acqsitio in possessione tūc regit dtm̄ sed qn̄ ꝭcat absolute possessioneʒ tūc regit genitiuū.

**Arguit quarto.** Nullū nomē potest regere dtm̄ mediante verbo substātiuo.igit pbat anš.qa al's verbū subm non mediaret int̄ sil'es casus. vt hic tunica est ioāni. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ verbū subm absolute captū sub ratione copulationis. tūc mediat int̄ sil'es casus.sed captū sub ꝯceptu acqsitiōis. tūc bn̄ mediat inter diuersos casus.vt equus est mihi.

**Arguit quinto.** Noia ꝭcantia pximitatē nō regūt dtm̄ pbat.qa sequit bn̄ noia ꝭcantia ꝯtrarietatē regūt dtm̄.ergo noia ꝭcātia pximitatē nō regūt dtm̄.tenet ꝯn̄a. ex oppositis.ꝛ iiij. topicoꝝ. sicut ppositū in pposito.sic oppositū in oppositis. Dico ꝙ ꝯn̄a ex oppositis bene valet in supp̄oe psonali. sed in materiali nō valet qualiter hic arguit.silr̄ hic nō valet albū nō est bissillabū.g̃ nigrū nō est bissillabum.

**Arguit sexto.** Noia verbalia terminata in bilis nō regunt datiuū igit pbat anš de illis hinibilis risisibil. Dico ꝙ regula intelligit de noibus vbalibus nō absolute de oibus. sʒ de his q̄ veniūt a verbis trāsitiuis vel passiuis. sed pdicta nō veniūt a verbis transitiuis nec passiuis.

**Arguitur septimo** Aliqua sunt verba q̄ importāt vtilitatē ꝛ tn̄ nō regūt dtm̄ pbat de istis. doceo lego. pbat ꝙ ꝭcāt vtilitatem qa informatio sp est ad vtilitatē. sed p scd̄a pte ꝙ nō regūt dtm̄ qꝛ hec est inepta ꝛ impfecta doceo tibi. Dico licʒ hoc vbū doceo nō regit dtm̄ p se tn̄ regit addito actō. vt doceo tibi filiū.

**Arguit octauo.** Idez verbū nō potest regere duos casus a pte post. pbat regimen oritur ex pportione modoꝝ ſcandi. sed idez verbū habet vnū modū ſcandi. ergo solū regit vnū casuz. Maior est nota. Minor quia modus ſcandi est forma dictiōis. sed vnius rei est vna forma. Dico qd vnū verbū habz vnū modū ſcandi gnalez. sed bn̄ habet diuersos modos ſcandi ⁊ dependētias speciales rōe quarū potest bene regere diuersos casus.

Sepe resoluis in ab: huic visus, visus ab illo
His preceptiua quartisue potes dare verba
Iungesq̧ fari signant aut significari
Hec tibi clarifico signo vel denoto scribo
Erudio iubeo doceo simul instruo disco
Ac introduco debes coniungere quarto
Dum tamen acqris decet hec sociare datiuis
Obuius atq̧ viam vio ve sil' heu quoq̧ iūgam
Cōtingit accidit euenit & placet adde datiuo
Et libet atq̧ licet liquet & vacat addit' istis

**Utrū lr̄a** Alexādri de regīe datiui vsq̧ in finē capituli sit bn̄ assignata. Pro intellectione qnestionis mote.

**Notandū** est primo. ex littera. sepe resoluis in ab Alex. ponit istā regulā. Omīs dtūs rctūs ex vi aqsitionis pt sepe resolui in ablatiuuz mediante prepositione a vel ab. vt equus est visus petro. id est a petro. Similiter hic. vt natus est christus est stella magis visa lucida idest a magis. ista tamen resolutio nō valet vniuersaliter. quia hic nō valet liber legitur mihi. id est liber legitur a me. In his eñ duabus variatur sensus. prima videlicet tantum liber legitur mihi id est ad vtilitatem meā. sed ista liber legitur a me. valet tantū ꝙ ego lego librum. Intelligitur ergo ista regula maxīe de participijs que veniūt a verbis passiuis. ⁊ ratio quare talia pticipia regunt datiuū quē possunt resolui in ablatiuū mediante prepositione a vel ab. ppter conformen significationem talis participij cum verbo passiuo. modo dicitur scdo minoris ꝙ ablatiuus est pprius casus verboꝝ passiuoꝝ.

**Notandū scdo. ꝙ Alexander in ista littera** his preceptiuis vult talem regulam. Uerba significantia actum pcipiendi vel mandandi congrue regūt a parte post datiuū vel accusatiuum. datiuū ex vi acquisitionis. actm̄ vero ex vi transitiōis. vt precipio tibi hec. ⁊ licet in istis oratiōibus aliquando additur infinitiuus nō tm̄ est hoc propter regimen sed potius propter perfectam sentenciam faciendam. Cum vero Alexander subiungit. Junges que fari signant aut significari. vult tres regulas.



Prima verba ſcantia expressionē ſmonis ꝯgrue regūt a parte post datiuū ⁊ actm̄ vt loquor tibi veritatē. Scda regula verba ſcantia manifestationē ꝯgrue regūt a pte post dtm̄ ⁊ actm̄. vt scribo tibi hoc. Tercia regula. ista verba. erudio iubeo disco doceo istruo introduco pn̄t regere dtm̄ ⁊ actm̄. actm̄ ex vi trāsitiōis. dtm̄ ex vi acqsitōis. vt doceo tibi filiū

**Notandū tercio: ꝙ Alex. in littera pn̄ti** cū dt O hui⁹ atq̧ viā vio ve sil' heu quoq̧ ingā. vult talē regulā hoc nomen obuius ⁊ hoc verbū obuio. ⁊ iste due iteriectiōes heu ⁊ ve ꝯgrue regūt a pte post dtm̄. vt pueri hebreoꝝ venerūt obuiā xpo. ⁊ est notādū ꝙ obuiā ſm aliquos sunt due dictiōes melius tn̄ dr ꝙ obuiā est aduerbiū loci. Postea Alex. in fine ondit qnō verba ipsonalia pn̄t regere datiuū ⁊ vult talē regulā. Uerba impsonalia actiue vocis in littera posita ꝯgrue regūt a pte an̄ dtm̄ vt mihi placet comedere. ⁊ rō ſm Priscianuz scdo minoris est hec ⁊ ioānes ianuenſ in catholicon qa quecūq̧ casum regit aliquod verbū a prepost qn̄ est psonale eūdez casum tale verbum regit a pte an̄ qn̄ est impsonale sed ꝯstat ꝙ hoc verbū placeo qn̄ est psonale regit a pte post dtm̄. vt ioānes placet petro. ergo hoc verbū placz qn̄ ponit' impsonalr dz regere a pte an̄ dtm̄ vt mihi placz ꝯmedere ⁊ p maiori specificatiōe ⁊ certitudine facieda. cū hoc sumūt infinitiuū a parte post ⁊ licet Alex. nō ponit oīa verba impsonalia actiue vocis q̄ regūt dtm̄ ponit tn̄ pncipalia. Florista āt ponit vndecim. vn̄ dt Casibus vndena sunt ternis associanda. Suppetit accidit euenit ⁊ placet expedit atq̧. Cōperit ⁊ liquet ⁊ libet licet ⁊ vacat adde. Contingit que mō debes ꝯiungere quinto. Hec si nō iūgis tūc psonalia ponis.

**Notandū quarto ⁊ vltimo: scdm iutentionē** Joānis monachi Alex. nō determinat de absolutiōe dti qr absolutio dti sumit' quasi eodē mō sicut absolutio nti sicut eñ ntūs ponit' absolute qn̄ nō habet regens expressuz tn̄ subintellectū sic etiā cōtingit in dtō scz ꝙ dtūs ponit' absolute qn̄ nō habet regens expressuz. licet bene subintellectū vt ibi. gloria patri ⁊ filio ⁊ spirituisancto. vbi subintelligitur hoc vbū substātiuū sit valet eñ pdicta orō tm̄ glia sit patri ⁊ glia sit filio ⁊ spūisancto. Silr ibi gloria in excelsis deo. q̄ vz tm̄. gloria sit in excelsis deo. Silr in suprascriptiōibus lr̄aꝝ vt ibi venerabili viro vbi subītelligit' hoc verbū scribit valet eñ tm̄ ioānes scribit venerabili viro tali ⁊ tali. Item ibi nihil tibi ⁊ iusto huic que valet tm̄ nihil sit tibi ⁊ iusto. huic ⁊ absolutio dti fit causa breuitatis etiā modi absolutiōis dti sunt pauci mō ppter pauca nō optet ponere nouū gn̄s demonstratiōis. vt paret primo posterioꝝ. Istis notabilibus sic stantibus est.

**Conclusio respōsalis: Littera alexādri** iuxta declarationem regularum est sufficienter assignata.

**Arguit primo.** Dtūs nō resoluitur in ablatiuū. igitur conclusio falsa. ꝓbatur añs. illa que differūt specifice vnū nō resoluit in aliud. sed datiuus ⁊ ablatiuus differūt specifice igitur. Maior quia illa que differunt specifice vnū nō mutat in aliō quia species rerū transmutari nō possunt. vt dicit Albertus primo de generatiōe. Minor est autoris modoꝝ ſcandi qui dicit ꝙ casus sex nominū differūt specifice. Dico verū argumentū concludit ꝙ formaliter dtūs quo ad modū significandi suū nō mutat in ablatiuū. sed datiuus bene mutat in ablatiuū materialiter sic ꝙ oratio in qua regitur dtūs declarat ꝑ oratiōnē in qua ponit abltūs. vt patuit in notabili primo.

**Arguit scdo.** Oratio ī qua ponitur dtūs nō resoluitur in ablatiuū. igit ꝯclusio falsa ꝓbatur antecedens in ista oratiōe liber legit mihi vbi resolutio talis non valet liber legitur a me. Silr hic laus cantat deo vbi nō valet resolnere dtm̄ in abltm̄ vt sic laus cantat a deo. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ. illa resolutio nō valet semp. ⁊ ergo Alex. dixit sepe. sed tūc quādo dtūs ꝯstruct⁹ a prepoſt ſcat rem a qua passio verbi denotatur oriri vel principiari.

**Arguit tercio.** Dtūs nō resolnit in ablatiuū mediāte ꝑpositiōe a vel ab. ꝓbatur eadem sunt principia ꝯpositiōis ⁊ resolutiōis. sed datiuus nō ꝯponit ex ablatiuo mediāte ꝑpositiōe a vel ab. ergo dtūs nō resoluit in ablatiuū mediante ꝑpositiōe a vel ab. Maior est Aresto. ꝑmo de gñatiōe. Minor est nota. qa om̄e ꝙ fit ex sibi silr fit. vij. metha. mō dtūs ⁊ ablatiuus differūt specifice ergo dtūs nō ꝯponit ex ablatiuo. Dico verū argumentū ꝯcluderet si hic resolutio caperet ꝑhice. ⁊ realiter quo modo ēntia naturalia resolnnrur in materiā ⁊ formā ⁊ ꝯponunt ex materia ⁊ forma vt patet 1. phisicoꝝ. sed capit hic resolutio cōiter ꝑ declaratiōe vel expositiōe sic ꝙ oratio in qua ponit datiuus exponit ⁊ declarat ꝑ orōēz in qua ponit ablatiu⁹ mediante ꝑpositiōe a vel ab.

**Arguit quarto.** Uerba ſcantia preceptionem non regunt dtm̄ ⁊ actm̄ ꝓbatur sic. quia vel hoc fieret in eadem oratione vel in diuersis. Nō in diuersis quia Alex. dr ꝙ fit in eadem cum exemplificat precipio tibi hec. Similiter nō in eadē qr hec est inepta precipio tibi te legere ymo nugatoria quia tibi ⁊ te ſcant eādem rem. Dico ꝙ verba ſcantia preceptionē regūt dtm̄ ⁊ actm̄ in eadē oratione ⁊ in diuersis. In diuersis vt precipio tibi legere. precipio te legere. In eadem precipio tibi hec. ⁊ hoc est verū dūmodo illi casus scilicet datiuus ⁊ accusatiuus nō sunt condeclinea ⁊ sinonima quia tunc cōmitteretur nugatio.

**Arguit quinto.** Uerba significātia preceptionē nō regūt accusatiuū vel datiuū in diuersis orationibus. ꝓbatur quia hec est inintelligibil ⁊ imꝑfecta precipio tibi precipio te. Dico verū argumentū concludit ꝙ predicte oratiōes sunt imꝑfecte



⁊ inintelligibiles quo ad perfectā sententiam faciendā sed nō sunt imꝑfecte ⁊ inintelligibiles quo ad regimē.

**Arguit sexto** Ue ⁊ heu nō regunt dtm̄ igitur littera falsa. ꝓbatur quia interiectio nō regit neqꝫ regit. sed ve ⁊ heu sunt interiectiōes. igitur. Maior est Floriste qui dicit. Interiectio coniungens carebit vtroqꝫ id est nec regit nec regit. Dico veruꝫ argumentū concludit ꝙ interiectio vt interiectio non regit dtm̄. quia sic quelibet regere datiuū quod est falsum. sed interiectio vt habet ⁊ ꝑticipat specialē quendam modum significādi sic bene regit. modo ve ⁊ heu habent specialē modum significandi quia important dolorem ratione cuius possunt regere datiuum.

**Arguit septimo.** Uerba imꝑsonalia actiue vocis non regunt datiuuꝫ a parte ante igit ꝓbatur antecedens. quicquid regitur a parte ante significat in ratiōe principij sed om̄is obliquus ſcat in ratione termini igitur verba imꝑsonalia nō regunt datiuuꝫ a parte ante. Maior est nota quia suppositūꝫ ⁊ casus a parte ante rectus debent significare rem que est principiū ⁊ causa act⁹ verbi significati per ipm verbū. Minor est autoris modorum significādi qui diffiniens obliquos dicit ꝙ obliqui significant in ratione termini. Dico verum argumentum concludit ꝙ obliqui significant in ratiōe termini respectu verborum cum quibus construuntur a parte post. vt dicendo do tibi vbi iste datiuus tibi significat in ratione termini ꝑ hoc tamen non negat quin obliquus a parte ante constructus significat in ratione principij.

**Arguit octauo.** Alexander est diminutus. igitur suus processus nō valet. probatur antecedens. qa nihil determinat de absolutione datiui vt clarum est ⁊ tamen constat. ꝙ datiuus ponitur absolute. vt cum dico gloria patri ⁊ filio. Isti datiui patri ⁊ filio ponuntur absolute vt patuit in vltimo notabili. Dico licet Alexander nō determinat de absolutione datiui expresse tamen eius absolutionem ostendit fore notam ex absolutione nominatiui. vt declaratum est circa vltimū notabile.

## De regimine Accusatiui.

¶ Accusatiui regimen subiungitur istis
Sepe quod est partis toti datur & regit illam
Est ibi sinodoche, quando facie: nigra dentes
Albet: nuda pedes: mulier redimita capillos

**Utrum regi**men acti ex vi sinodoches sit bene ab Alex. in textu assignatū. ꝑ intellectione questiōis mote.

**Notandū est primo. post ꝙ Alex. deter**
minauit de regimine duoꝝ obliquoꝝ scʒ gti ⁊ dti. Jam ꝯñter determi-
nat de regimine tercij obliqui scʒ acti. ⁊ ratio quare ꝯuenient regimen
acti sequit regimē dti. qa dtūs ⁊ actūs sunt casus opposit. mō opposi-
ta iuxta se posita magis elucescūt dr em ꝑmo de aīa. Rectū est iudex ob
liqui ꝙ aūt dtūs ⁊ actūs sunt casus oppositi. dt Joānes ianueñ in ca-
tholicon dicens ꝙ dtūs est casus amicoꝝ qr amicoꝝ est dare. Cū mune-
ra placant hoīes ⁊ deos. Actūs aūt est casus inimicoꝝ. Jnimici em ac-
cusant se inuicē. Est em sciendū ꝙ actūs regit gñaliter ex sex ptibus. pri
mo a noīe vt albus dentē de quo querit pñs questio. Scdo a verbo vt
lego librū. Tercio a pticipio vt legens lectionē. Quarto ab ad verbio.
vt ecce magistrū. Quinto a ꝑpōe vt ad patrē. Sexto ⁊ vltimo ab inter
iectiōe vt o virū ineffabilē ꝰm illū modū q dictus est quō ptes indecli-
nabiles pñt regere post se obliquos vt patuit in prima pte huius exer-
cicij de regimine nti.

**Notādū scdo: ꝙ Alex. volēs detmiare**
de regimine acti: ꝑmo oñdit quō actūs regit figuratiue et postea quō
regit sine figura ⁊ simplr cuiꝰ ratio ꝰm henricū d campo est hec qr ꝑus
vicia sunt extirpanda ⁊ demū vtilia plātanda: quemadmodū agricola
facit ꝯstat aūt ꝙ regimē figuratiuū includit vicium vt oñsum est circa
figuras ꝯstructōis ꝑdictas. Regimem aūt simplicit ꝯgruū est sine vicio
merito alex. ꝑus determinat de regimine acti oñdendo quō regit cum
figura ⁊ postea quō regit sine figura. Vult ergo alex. talē regulā ex tex
tu. Dcō ꝰcans ꝓꝑetatē inexistentē ⁊ ꝯuenientē pti a qua totū habet de
noīari ⁊ denoīat regit a pte post actm̄ ꝰcantē illā ptē ex vi sinodoches.
vt mulier est nigra faciē in quo exemplo hoc adiectiuū nigra ꝰcat ꝓꝑe-
tatē que iexistit pti a qua tn̄ nigredine cū inexistit facie totus homo de
noīat niger regit illū actm̄ scʒ faciē q ꝰcat ptē. Sequit corrollarie ꝙ in
regimine ex vi sinodoches dñt esse tria ꝑmo dcō ꝰcans totū scdo dictio
ꝰcans ptē tercio dcō ꝰcās ꝓꝑetatē accñtalē patet in istis exemplis mu-
lier nigra faciē mulier redemita. i. ornata capillos mulier nuda pedem

**Notandū tercio. ꝙ sinodoche ē duplex**
scʒ locutiōis ⁊ ꝯstructiōis sinodoche ꝯstructiōis fit duplicit. Prio qñ
pars ponit ꝓ toto vt animus mulieris est mihi nuptus. i. desponsatus
Jn quo exemplo animus mulieris ponit ꝓ tota muliere nō solum aīa
vel animus mulieris despōsat sed tota mulier. Scdo sinodoche fit qñ
ecōuerso totū ponit ꝓ pte vt cū dicimus sancte petre ora ꝓ nobis. Jn
quo exemplo hoc totū sancte petre ponit ꝓ pte. sanctus em petrus nō
orat quia est mortuus sed aīa sancti petri q est in celo orat silr cū dico.
auffer mihi fontē totū scʒ fons ponit ꝓ pte ga ꝓ aqua fontis. Sinodo



che aūt ꝯstructiōis fit qñ ꝓꝑetas ptis attribuit toti sub discōueniētia
accidenciū gramaticaliū vt hic albus dentē dr aūt sinodoche a sin qd ē
con ⁊ doches vel dochen captio quasi captio ptis ꝓ toto vel ecōuerso
captio totius ꝓ pte. Viciū aūt in sinodoche ꝯstructiōis est discōueniē-
tia adiectiui ⁊ substantiui in gñe. Rō excusans est breuitas qr breuius ē
dicere nigra faciē q̄ȝ nigra ꝰm faciē. Sequit corrollarie ex dictis ꝙ plu-
res sunt figure ꝯstructiōis q̄ȝ qnqȝ ꝯputando minus principales qua-
lis est sinodoche sed principales solū sunt qnqȝ vt ꝓbatū est prius.

**Notandū quarto ⁊ vltimo. ꝙ accusati-**
uus regit ex vi sinodoches quatuor mōis. Primo a noībus adiectiuis.
vt albus dentē. Scdo a verbis neutralibus. vt doleo caput. Tercio a v̄
bis passiuis. vt truncat caput. frāgit crus. Quarto a pticipijs pti tpis
deriuatis a verbis passiuis vt lesus pedem: indutus dñs fortitudineȝ
Joānes tn̄ ianueñ. adhuc addit duos modos. Primus fit respectu no
minis infiniti vt quis gñs q̄ valet istam quis ē iste ꝰm gñs. Scdo a no-
minibus gentilibus vt grecus gentē. teutonicus gentē. vñ dr Florista
⁊ q sic positū poteris repire locatū. Qui genus vñ estis quo tenditis
vnde venistis dat etiā talem gentile patria legē hildenieñ patriam
normā dedit istā. teutonicus gentē q dr esse ludolfus. Jstȝ nota. sic stan

**Cōclusio rñsalis. littera Alex. de regie**
Acti ex vi sinodoches est bñ assignata ptȝ ꝯclusio ex dictis.

**Arguit primo.** Jn ista orōne albus dentē hoc non est regi-
men igit ꝓbat añs vbicūqȝ est regimēn ibi
est ꝯgruitas. sed hoc nō ē ꝯgruitas albus dentē igit. Maior est nota qa
regimen orit ex ꝓportiōe modoꝝ ꝰcandi vt ꝓbatū est añ. Minor ptȝ.
quia in ista albus dentē adiectiuū ⁊ substantiuū discōueniūt in casu. Di
co verū argumentū ꝯcludit ꝙ in ista albus dentē nō est regimen sub cō
gruitate simplicit. sed ē regimē cū figura vt patuit in notabili vltimo.

**Arguit scdo.** Albus dentē hic nō est regimen cū figura ꝓba-
tur sic quia si sic sequeret ꝙ plures essent figu-
re ꝯstructiōis q̄ȝ qnqȝ qd ē falsuȝ. ꝓbat sequela qa sinodoche esset quin
ta mō Florista dt. plures ꝯstructure nō sunt nisi qnqȝ figure. Dico verū
argumentū ꝯcludit ꝙ figure ꝯstructiōis solū sunt qnqȝ principales tn̄
pñt esse plures minus principales vt sinodoche.

**Arguit tercio.** Si nomen adiectiuū nti casus haberet rege-
re actm̄ ex vi sinodochis tūc sequeret ꝙ eiꝰ
obliqui etiā sic regerent actm̄ ex vi sinodoches qd tn̄ est falsum hāc em̄
nullus admittit. vel ꝯsilēȝ mulieris nigre faciē. sed ꝓbat sequela ex au
toritate Priscia. ꝑmo minoris cū dt. Quecūqȝ casuȝ regit ntūs eundeȝ
regūt oēs eius obliqui. Dico verū argumētū ꝯcludit ꝙ sicut ntūs ad
iectiual regit actm̄ ex vi sinodoches sic qlibet eius obliquus hoc posset

agere quantū esset de natura licet hoc nō sit in cōi vsu.

**Arguit quarto.** Etiam adiectiua possunt regere accusatiuum sine figura. ergo falsuʒ est dicere ꝙ nullum nomen regit actm̄ sine figura probatur antecedens. In ista orōne deus est exosus peccata. vbi exosus est nomē ⁊ regit accusatiuū. Similiter perosus est nomē. ⁊ tamen regit accusatiuū sine figura. ꝙ aūt exosus ⁊ perosus sunt nomina est Priscia. capitulo vndecimo de ꝑticipio. Dico verum argumentū concludit ꝙ exosus ⁊ perosus regunt accusatiuum nō inquantum noīa. sed inquantū ꝑticipia. vnde exosus ⁊ posus quando resoluūt ꝑ verba tūc sunt ꝑticipia vt iste est exosus. i. habet in odio sed quādo exponit ꝑ dignū tunc est nomen nec sic regit actm̄.

**Arguit quinto.** Adiectiuum nō regit accusatiuū ex vi sinodoches ꝓbatur quia vel ergo omnē vel nō oēm nullū illoꝝ est dicēdū: nō oēʒ quia hic est simpliciter inepta nec admittitur. Joannes est niger virū. nec etiā nō omnē quia nō videtur maior ratio de vno ꝙ̃ de alio. Dico ꝙ nomina adiectiua regunt accusatiuum non omnē sed illum qui significat partem cui inest proprietas a q̃ ratio potest denominari. sic autem non est in isto exemplo. Joannes est niger hominem.

**Arguit sexto.** Alexander est diminutus determinando de de regimine ex vi sinodoches. probatur quia etiaʒ verba regunt accusatiuū ex vi sinodoches. Similiter participia. ⁊ de illis modis nō dt. igr̄ Alexander est diminutus. Tenet ꝯsequentia quia nō ponit ponenda. Dico ꝙ Alexāder ponit modos plus vsitatos mōs autē iste ꝙ accusatiuus regit a verbo ex vi sinodoches nō est cōiter vsitatus. Similiter dicatur de proprijs sed a noībus adiectiuis ē plus vsitatus.

**Arguit septimo.** Proprietas partis non potest attribui toti igitur conclusio falsa. ꝓbatur sic. Illud quod inest parti nō potest inesse toti ergo idem quod est partis nō potest attribui toti. Tenet cōsequentia qa si illud quod est partis debet attribui toti tunc vtiqꝫ illud quod inest parti debet inesse toti. antecedēs patet q̄a si sic sequeret ꝙ idem accn̄s esset indiuersis subiectis quod est ꝯtra Aresto. vij. merba. cū dixit. ꝙ accidens nō migrat de subiecto in subiectum. Dico ꝙ illud quod inest parti non potest inesse toti. verū est scd̄m numerum sed bene scd̄m speciem ⁊ sic idem accidens est in diuersis secūdū speciem. sed non scd̄ʒ numerū.

**Arguit octauo.** Sinodoche nō est figura ꝯstructiōis igitur ꝓbatur quia sequeretur ꝙ plures essent figure constructionis quam quinqꝫ quod est ꝯtra Floristam cū dicit. Plures structure non sunt nisi qnqꝫ figure. Dico verū argumentū concludit ꝙ tantū quinqꝫ sunt figure ꝯstructiōis principales. mō sinodoche est figura constructionis minus principalis. vt declaratum est superius.



Multociens verbum fert significata duoꝝ
Voce gerundiui solet vnum significari
Accusatiuos hoc verbum dat tibi binos
Dum manet actiuū, sed & alter habet eoꝝ
Qui si iungatur passiuo nō variatur
Infinitiui natura modi sociatur
Impersonalis tamen hinc modus excipiatur
Hinc dat exemplū tibi triplex. dico magistrū
Discipulos mores placitos de iure docere
Infinitiui natura regit precuntem
Doctrinā capiens regit vi transitiōis
Hoc ꝙ gerundiuū tradendo dic ibi clausum
Cuius vi regitur casus qui nō variatur
Dum per passiui vocem volo dicta resolui
Aut illic positi regit hunc vis propria verbi

**Utruʒ regimen** accusatiui a ỽbis duo significata habentibus. In textu ab Alex. sit bene assignatū. Pro intellectione questionis more.

ficans aliqd fieri ex materia congrue regit a pte post ablm̄ ficantē illā materiaz vt faber fabricat frenū ere. Iste facit cultellū ferro Scd̄a regula verbū ficās actū q̄ ꝓuenit ex aliq̄ causa ꝯgrue regit a pte post ablm̄ ficantē talem causam. vt virgo tacet pudore Tercia regl̄a verbū ficās actū apreciādi ꝯgrue regit a parte post ablm̄ ficantem quātitatē illius precij. vt ego emi panē tribus nūmis. Quarta regula. verbū ficans actū distandi siue extendendi aliqd̄. spaciū ꝯgrue regit a pte post ablm̄ ficantē quantitatē illius distancie. vel illius spacij. vt villa distat ab vrbe sex stadijs. Quinta regula verbū ficās actū durandi in aliquo tpe ꝯgrue regit a pte post ablm̄ ficātē illud tpus vt iste fuit morans in isto loco tribus annis. Seqt corrollarie ex istis regulis ꝙ Alex in tex. nō cepit verbū ꝓpe vt verbū est vna ꝑs orōis ab alia distincta. ʒ capit verbū cōiter ꝓ vocabulo vel dcōe vel ꝯstructibili nō em̄ tm̄ verba regūt sic ablm̄ vt dictū est. sed etiā noīa vel pticipia.

**Notandū scd̄o. Scd̄a regula q̄ Alexā.** tangit in tex. est hec. verbū vel ꝯstructibile ficans rem que agit ꝯgrue regit a pte post ablm̄ ficantē modū quo talis res agit vel fit vt nos solemus ꝓferre multa vocabula acuto accentu. ille cantat benigna voce ille cātat alta voce. ꝛ ē ītelligēdū ꝙ iste regule nō solū ītelligūt de vbis ʒ etiā ītelligit de eoꝝ pticipijs. Silr̄ de noib⁹ eis ī ficādo silib⁹ Tercia regl̄a q̄z ponit Alex. ī tex. Nomē ficās ptātem vel dignitatē regit ablm̄ significantē rē vel causaz a qua ꝓcedit vl̄ orit talis ptās. vt albertus rez ir l'ez dono dei. optat Bernardo salutē in quo exēplo iste abltūs dono regitur ab illo noīe rex.

**Notandū est hic ꝙ abltūs ɓm intentio**nē Joannis monachi regit ex vi quadruplicis cause. Primo ex vi cause materialis vt faber fabricat frenū ere. Scd̄o ex vi cause efficientis. vt scia crescit studio. Tercio ex vi cause finalis vt ieiuno causa habendi vitā eternā. Quarta ex vi cause formalis ꝛ sic quodlibet adiectiuū regit

ablt̄m sui abstracti idez significātz cū ꝯcreto vt homo humanitate bōꝰ albus albedine albus.

## Notanduz tercio: Quarta regl'a quam

autoꝛ ponit in textu est ista. Dictio ſcans ꝓꝑetatē ꝑtis attributaz toti vel econuerſo regit abltm̄ ſcantem illam ꝑtem: vt v̄go vultu decoꝛa. ⁊ hoc regimen aliqui denoīant ex vi demonstratiōis eſſentie qꝛ ꝑ hoc regimen demonſtraꝶ eſſentia virginis a posterioꝛi. ſm em̄ Aresto p̄io ꝺ aīa. Accidentiā magnā ꝑtē ꝯferūt ad cognoſcendū ꝙ quid est licet alij dicūt ꝙ hoc regimen ſit ex vi ſinodoches i predicta tn̄ oꝛōe nō est ſinodoche ꝯſtructiōis. qꝛ nullū est viciū. ſed est ſinodoche locutiōis in qua nullū est viciū. Quinta regula est ista. Cōſtructibile ſcans oꝛnatum vel etiam deoꝛnatū regit ablatiuū a ꝑte post ſcantē illud ꝑ qd̄ ſit talis oꝛ⸗tus. vt iste est indutus vestibus albis. ⁊ hanc regulā tangit Alex. cū d̄r. Oꝛnatum ſubdes indutū vestibus albis.

## Notādū quarto ⁊ Ultimo. ſexta regl'a

q̄ꝫ Alex. ponit est ista. Dcō ſcans totū potest regere ablatiuū ſcantē ꝑtem illius totius mediante adiectiuo quod impoꝛtat laudez vel vituperiū. exm̄ de laude vir validis manibus. exm̄ ꝺ vituperio vir fragili dextra. Septima regula dcō ſcans ſubiectū alicuius ꝓprietatis ꝯgrue regit ablatiuū a ꝑte post ſcantē ꝓprietatē illius ſubiecti mediante adiectiuo laudis vel vituperij de laude vt virgo albis crinibus de vituperio femina turpi foꝛma. Octaua regulū. Nomē adiectiuū vel verbū deſignas ꝓꝑetatē accn̄talē ꝯgrue regit a ꝑte post abltm̄ ſcantē rē qua illa ꝓꝑetas exercetur. exm̄ de noīe cursu festinꝰ de verbo modestus fulget v̄tute. Nona regula nomē vel verbū deſignās ꝓꝑetatē ꝯgrue regit a ꝑte post abltm̄ ſcantē instrumētū illius ꝓꝑetatis. exm̄ de noīe velox pedibus. de v̄bo. ꝓperat pede. Decia regula dcō ſcās ꝓꝑetatē cōgrue regit a ꝑte post abltm̄ ſcantē cauſaz illius ꝓꝑetatis vt facetus ſmone inuictus viribus. Istis notabilibus ſic stantibus est.

## Cōcluſio reſpōſalis Littera alex. de re-

giminibus ablt̄i p̄dictis est ſufficiēt ⁊ bn̄ aſſignata v̄itas huiꝰ ꝯcluſiōis ꝑtꝫ ex his q̄ dicta ſunt in notabilibus.

## Arguit primo.

Uerbū nō ſcat materiā igit p̄ia regula falſa ꝓbat an̄s. Illud qd̄ ſt materiā ſcat ſubaz. ſꝫ oē v̄bū ſcat accn̄s. igitur nullū v̄bū ſcat. materiā. Maioꝛ qꝛ materia ē ſuba. vtꝫ ij. de aīa. Minoꝛ qꝛ v̄bū ſcat actū mō actus ē accn̄s. Dico veꝝ argumētū ꝯcluderet ſi lr̄a Alex. eſſet abſolute itelligēda ſꝫ Alex. vult ꝙ v̄bū ſt materiā ſcat actuꝫ q v̄ſaꝶ circa materiā vt fabrico ſcat actū fabricādi q ē circa materiā qꝛ ferrūꝫ vl' v̄bū ſcat actū q ſt aliqd fieri ex matia.

## Arguit ſcd̄o

In ista oꝛōe fabricat ere iste abltūs ere nō regit a verbo fabricat igit lr̄a Alex. falſa. ꝓbat an̄s. qa regit a ꝓpōe ſubintellecta. ꝓbat qꝛ p̄dicta oꝛō vꝫ tm̄ fabricat ere. i. fabricat ex ere. ſic ſil'r poſſet dici de alijs exēplis. Dico verū argumētū ꝯcludit ꝙ in isto exēplo fabricat ere ſubintelligit ꝓpō ex vel de nō de neceſſitate regiminis ſed ꝓpter ꝑfectā ſentencia exꝑmēdā hec em̄ fabricat ex ere est certioꝛ ⁊ ꝑfectioꝛ q̄ꝫ ista fabricat ere.

## Arguit tercio.

In isto exēplo. ista pudoꝛe tacet. nō ſcat aliquis actus fieri ꝓpter aliquā cauſaz igit regula Alex. falſa. ꝓbat an̄s. quia hoc verbū tacet est verbū ⁊ nō ſcat aliquē actū fieri ꝓbat qa ſcat purā carentiā ⁊ ꝑuationē actus loquēdi. Dico verū argumētū ꝯcludit. ꝙ hoc v̄bū taceo nō ſcat aliquē actū fieri poſitiue ſufficit tn̄ ꝙ ꝑuatiue

## Arguit quarto.

Nomē p̄tātis nō regit abltm̄ ergo regula falſa ꝓbat an̄s qꝛ ꝺs ſil'r creatoꝛ ſunt noīa ꝑtātis vt notū est ⁊ tn̄ nō regūt abltm̄. ꝓbat qa hec est incongrua creatoꝛ hoīe ⁊ creatoꝛ natura in abltō ſed bn̄ regūt gtm̄. vt creatoꝛ hoīs vel nature. Dico ꝙ regula Alex. intelligit de noīe ꝑtātis qd̄ ſcat ꝑtātez dependentē mō deus ſil'r creatoꝛ ſcāt ꝑtātez independentē. qꝛ deus a nullo depender ſed oīa a deo.

## Arguit quinto.

Uirgo decoꝛa vultu nō est regimē ex vi ſinodoches igit ꝓbat an̄s. qa ibi ē regimē ex vi demōſtratiōis eſſentie. g̊ nō ex vi ſinodoches. tenet ꝯn̄a qa in eadē oꝛōe nō ſunt diuerſa regīa. an̄s ꝓbat qa hic demōſtraꝶ eſſentia regis cū d̄r decoꝛa vultu a posterioꝛi ꝑ accn̄tia. Dico verū argumētū ꝯcludit in eadē oꝛōe ſm eandē rōez nō ſunt diuerſa regimina. Sed ſm diuerſos reſpectus tūc in eadē oꝛōe ſunt diuerſa regimina qualiter hic ꝯtingit. quia ꝯſiderando vt dictio ſignificās totū vcꝫ virgo regit abltm̄ ſcantē ꝑtem ſcꝫ vultu tūc est regimen ex vi ſinodoches. ⁊ hoc voluit Alex. ſed ꝯſiderando illā oꝛationez vt ꝑ eā ſcaꝶ eſſentia ⁊ ꝓprietas virginis tūc est regimē ex vi demōſtratiōis eſſentie. ⁊ hoc voluit Joannes monachi.

## Arguit ſexto.

Hic non est ſinodoche virgo decoꝛa vultu. hic nullū est viciū. igit hic nō est ſinodoche. Maioꝛ qꝛ vt dictū est. Sinodoche est figura ꝯſtructiōis. mō figure ꝯſtructiōis includūt aliqd̄ vicium vt ꝓbatū est ſupius. Maioꝛ est nota. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ in ista decoꝛa vultu nō est ſinodoche ꝯſtructiōis ſaltez ꝓꝑe. ſed potius locutiōis quia a ꝓꝑetate ꝑtis qꝛ facies denoīat totū. ⁊ hoc pōt aliqn̄ fieri ſine vicio.

## Arguitur ſeptimo.

Unius cauſe tm̄ vnus est effectus vt d̄r primo posterioꝝ. ſed dcō ſcans totū vel ſubiectū regit gtm̄ ergo nō abltm̄. Tenet ꝯn̄a. virtute maioꝛis. Maioꝛ quia vnū ſolū facit idē. mō oīs cauſa est vna. Minoꝛ patet ex capitulo de regimine gt̄i vbi ostenſum est. ꝙ dcō ſcans totū vel ſubiectū regit gtm̄. Dico verū argumētū ꝯcludit ꝙ vnius cauſe eodē mō ſe habētis est tantū vnus effectus. Sꝫ cauſa diuerſimode ſe habens potest habere plures effectus. Quia mutatio in cauſa facit mutationem in effectu.

**Arguit octauo.** Si dictio ꝑcās totū ⁊ subiectū regeret ablatiuū casuꝫ ⁊ gtm̄ vel hoc fieret eodē mō vel diuersis nō potest dici ꝙ eodē modo q꞉ idē eodē mō se hn̄s solū facit idē vt patet ij. de gn̄atiōe. nec pōt dici diuersis mōis. qa nō videtur quo modo. Dico ꝙ dictio ꝑcans totū regit abltm̄ ꝑcantē ptē ⁊ etiā gtm̄ diuersimode: qn̄ em̄ totū ꝯparat ad ptes. vt ptes sunt p̄ncipia essendi. vel ꝯstituendi totū tūc regit gtm̄. sed qn̄ totū ꝯpat ad ptes. vt ipe ꝯtinent a toto tūc totū regit ptē in ablatiuo, sed quādo subiectū ꝯpat ad ꝓprietatē tanqꝫ ad p̄ncipiū cognoscendi tūc regit gtm̄. sed qn̄ ꝯpatur ad ꝓprietates vt ꝓpetates ꝯtinent a subiecto tūc totū ꝑcās subiectū regit dictionē ꝑcantē ꝓpetatem in ablatiuo.

Remqꝫ carere notans ablatiuū regit eius
Vt pena careat hō purus sine crimine viuat
Inter & est iuncta tibi dant ꝓnoīa quina
Intererit nostra vestrqꝫ meaqꝫ tuaqꝫ
Atqꝫ sua: normam refert seruabit eandem
Plenus inops casum dant istum siue secundū
Vini vel vino duo dolia plena videto
Pauper egenus inops vino vel panis egebit
Dignus cū potior fungor vescor fruor vtor
Et careo iungo casui tantummodo sexto
Hos casus de pre coram socieqꝫ gubernant
Cum sup est pro de sexto decet hāc sociare
Iste datur casus passiuis ab preeunte
Cernitur hic a me quādoqꝫ videbor ab illo
Vel si susceptū quod signes siue recessum
Sic a te disco libros a teqꝫ recedo.

**Utrū littera** Alex. incipiendo ibi. Reqꝫ carere notans vsqꝫ ad absolutionē ablti sit bn̄ assignata. Pro intellectiōe littere.

**Notanduꝫ** p͛io. ex lr̄a elicit regl'a talis. Verba ꝑcātia carentiā aut p̄uationē ꝯgrue regunt a pte post abltm̄ significantē rem respectu cuius est talis carentia. vt augustin⁹ caret pecunia. ⁊ a sē ꝯtrario regl'a ista intelligit etiā de dictiōibus ꝑcantibus plenitudinē. vt ioānis abūdat pecunia tn̄ de isto dicet inferius ponit Alex. exm̄ in tex. vt hō caret pena viuit purus crimine. Rō q͛a scd̄m Boetiū. qnta. de ꝯsolatiōe. sicut nullū bonū irremuneratum. ita nulluꝫ maluꝫ impunitum. Scd̄a regula est ista. Ista tria verba impsonalia interest refert ⁊ est captuꝫ ꝓ ptinet regunt a prepost quinqꝫ abltōs ꝓnoīm possessiuoꝝ in feminino gn̄e. vt mea interest. i. ad me pertinet. tua interest lectio. i. ad me ptinet lectio. quare aūt ista verba impsonali regūt abltōs qnqꝫ noīm possessiuoꝝ in feminino gn̄e huius rōem



iohānes monachi assignat istam. q꞉ in ablatiuis possessiuoꝝ cōstructis cū verbis impsonalib⁹ intelligit abltūs re vel vtilitate. sed isti ablti solū addunt in femnino gn̄e ⁊ ergo regūt abltōs possessiuoꝝ in feminīo genere. licet alij dicāt ꝙ ibi intelligit ille abltūs cura. vt sit sensus. mea interest. id est ad meā curam ptinet.

**Notandū scd̄o. Secūda regula est ista.** Uerba significātia plenitudinē vel etiā inopiā ꝯgrue regūt a pte post abltm̄ vel gtm̄. Exemplū de plenitudine. Plenū gratia ⁊ veritatis. Exēplū de inopia. indigeo pane vel panis. careo pecunia vel pecunijs Un̄ dicit in textu. Plenus inops. vnde ops opis ꝑcat terrā. Inde opisus. licet alij dicunt opicus. ⁊ est idē ꝙ terrestris. vnde opisi mures sunt terrestres. Unde Iuuenalis satyra tercia. Et diuina opici rodebāt carmina mures. Tercia regula est ista. Iste dictiōes dign⁹ potior vescor fungor fruor vtor careo regūt a pte post abltm̄. vt dign⁹ honore: vtor pane. Et hoc est veruꝫ vt frequēter q꞉ etiā alique dictiōes ex his possunt regere actm̄ vel gtm̄ vt hoc verbū vtor regit actm̄. vt vtor hanc reꝫ sil'r gtm̄. vt vtor huius rei. similiter abltm̄. vt vtor hac re.

**Notādū tercio. Quinta regula est ista** Iste p̄positiōes de. pre. coram. et eis similes in ꝑcando possunt regere ablatiuū a parte post ⁊ tales oēs sunt quindecim. Unde v̄sus. Sed sūt ter qnqꝫ cū sexto associande. Et subinfert alexā. Ista p̄positio sup capta ꝓ de regit a pte post abltm̄. vt dico hoc sup te. id est de te. similiter hec Multa sup priamo rogitās sup hectore mlta. Et est notandū ꝙ illa p̄positio sup aliqn̄ importat circumstantiā localē tunc regit actm̄ vel ablatiuū indifferēter. vt maria est exaltata sup celos. Quandoqꝫ aūt importat excessum ⁊ tūc regit actm̄. vt ibi. Desiderabilia mādata tua sup aurum ⁊ topasion.

**Notandū quarto ⁊ vltimo. Quinta regula** quam alexānder ponit in textu est hec. Uerba passiua regūt a pte post abltm̄ mediāte p̄pōe a vel ab. vt diligor a sorte. ⁊ intelligit ista regula nō solū de verbis passiui generis. sed generaliter de omibus v̄bis passiuam significationē habētibus nō curando cuius generis. vt osculor a te. similiter hic. Nascor a te.

**Notādū etiā ꝙ iohānes monachi ostē**dit hic differentiā inter istas duas p̄positiones a vel ab. q꞉ illa p̄positō a preponit dictiōibus incipiētib⁹ a ꝯsonāte. vt a petro. sed ab p̄ponitur dictionib⁹ incipiētibus a vocali. vt ab andrea: ⁊ licet cū dico ab homine illa p̄positio ab p̄ponit h tn̄ q꞉ h nō est littera eque bene p̄ponit dictiōi incipiēti a vocali. Sil'r cū dico a iohāne illa p̄positio nō p̄ponit

vocali. q2 illa vocalis i trāsit in vim ꝯsonātis. Sexta regula est ista. Verba significātia receptionē vel susceptionē vni9 rei ab alia ꝯgrue regūt a parte post abltm̄ mediāte ꝑpositiōe a vel ab. Exemplū de susceptiōe. vt disco a te libros. De separatione. vt recedo a te. Unū hoc verbuȝ disco duo significat. Primo significat scientiā alteri tradere. ꝛ sic docti ꝛ sciētes discūt. Scdo disco ẜcat scientiā suscipere. ꝛ sic ignorātes discūt. q a scientiā ab alijs recipiūt. Unū ẜm hoc peccat iste paralogism9. Quicūqȝ discūt sunt ignorātes. sciētes discūt ergo sciētes sunt ignorātes. q ideo nō vȝ. q2 in maiori disco capit passiue ꝓ scientiā suscipe sed i minori capit actiue ꝓ sciētiā informare ꝛ tradere. Istis notabilib9 sic stantib9 ē.

**Cōclusio respōsalis.** **Regule ab alex. in** textu posite sunt bene assignata. Patet veritas ꝯclusiōis ex regulis.

**Arguit primo.** Littera alexādri est incōgrua. ergo. ꝓbat. q2 infinitiu9 debet regere actm̄ a pte ante. sed hic regit abltm̄. igit. Maior. q2 patuit ex his que dicta sunt in capitulo de regimine acti. Minor. q2 dicit. Reqȝ carere notans. Dico verum argumentū ꝯcluderet si infinitiu9 carere hic ꝯsideraret sub ratiōe infinitiui. sed hic ꝯsiderat vt importat specialiter carentiā. q2 dictuȝ est in qnta regula. Dictio significās carentiā regit ablatiuū. modo denominatio habet fieri a specialiori.

**Arguit scdo.** Dictio significās carentiā nō regit abltm̄ ꝓbatur. oīs abltus regit ex aliqua vi. sed dictio significas carentiā nō regit abltm̄ ex aliqua vi. igit. Maior est nota. Minor. q2 nō videt ex qua vi. Dico ꝙ regit ablatiuum ex vi cause efficiētis ꝓuatiue. Abltūs em̄ sic rect9 ẜcat rem q̄ ꝓpt sui absentiā efficit carētiā: quēadmodū nauta ꝑ sui absentia dr̄ efficere periclitationē nauis.

**Arguit tercio.** Littera alexandri nō est intelligibilis. ergo male posita. Probat āns. q2 in ea ponit relatiuū scȝ ei9 sine antecedēte. Dicit em̄ in textu. abltm̄ regit ei9. modo positio relatiui sine antecedēte causat orationē i'intelligibilē. vt dicūt grāmatici. Dico licet nō exprimit antecedēs expresse. tñ bene subintelligit ꝑ dictionē in principio positā. ꝛ sic est sensus. Dictio significās carentia regit ablatiuum eius carentie.

**Arguit quarto.** Ista verba interest: refert ꝛ est captū ꝓ ptinet regūt genitiuū a parte ante. ergo nō ablatiuū. Tenet ꝯsequētia q2 vnius appositi debet esse vnū suppositū. Antecedēs patet. q2 in istis orōnib9. regis interest. regine refert. Dico verū argumentū ꝯcludit. ꝙ ista verba impsonalia possunt regere gtm̄ nō possessiuū. sed gtm̄ possessiuū nō possunt regere. ꝛ vni9 appositi est vnū suppositū. verꝫ ē in eaō orōe. ſȝ i diuersis vnū appositū pōt hr̄e diuersa supposita. ꝛ sic ē i ꝓposito.

**Arguitur quinto.** hec est incōgrua. mea refert. igit littera alex. falsa. ꝓbat nullū adiectiuū reddit suppositū v̄bo. sed ꝓnoīa dꝛiuatia sūt adiectiua. ğ hec ē inepta. mea refert. Maior ē vnū ꝑncipiū grāmatice. vt ꝓbatū est supius. Minor est grāmaticoꝝ oīm q dicūt ꝓnoīa deriuatia eē mobilia ꝛ adiectiua. Dico verꝫ argu. ꝯcludit ꝙ nullū adiectiuū ꝑ se reddit suppositū ſȝ bñ cū substātiuo. mō vt dictū ē i illis possessiuis in feminio gñe positis intelligit ille abltūs re vl' vtilitate.



**Arguit sexto.** Si interest regeret abltm̄ seq̄ret ꝙ hec respōsio nō esset ꝯgrua qñ q̄rit. cui9 int'est. ꝛ rñdet mea interest. ptȝ seq̄la. q2 lra dr̄ ꝙ interest regit abltm̄ a pte añ. sed respōsio nō est ꝯgrua. q2 interrogatiuū ꝛ responsiuū dñt ꝯuenire in casu. Probat. q2 interrogatiuū esset gti casus. scȝ cui9. ꝛ responsiuū mea eēt ablti casus. Dico ꝙ interrogatiuū ꝛ respōsiuū dñt ꝯuenire in casu. verꝫ est qñ regunt ab eodē regēte qō nō pōt regere diuersos casus. mō i ꝓposito hoc v̄bū iterest pōt regere diuersos casus. q2 gtm̄ ꝛ etiā abltm̄.

**Arguit septimo.** Illa v̄ba potior. vescor non regūt abltm̄ tantū. igit lra alex. falsa. Probat āns. q2 etiā regūt gtm̄ vel actm̄. vt vescor panis. vel fruor panis Silr regūt accusatm̄. vt fruor pane. Unū ꝛ grāmatici dicūt Ista regūt cas9 ğrtū sextūqȝ scdȝ. Dico verꝫ arg. ꝯcludit ꝙ alex. vult ꝙ ista v̄ba vt freq̄nt' regunt abltm̄ tm̄. tñ etiā possunt regere actm̄ vel gtm̄. licȝ ñ ita vsitate ꝛ coīt'.

**Arguit octauo.** Verba passiua nō regūt abltm̄ mediāte ꝑpōe a vel ab. igit. ꝓbat āns in ista orōne. spolior tunica truncor capite. vbi v̄ba passiua regūt abltm̄ sine ꝑpōne Dico ꝙ regula alexādri intelligit ꝙ verba passiua nō regūt abltm̄ sine ꝑpōne. verū est de abltō q significat rē a qua egredit act9 verbi. vt dicēdo. ꝑcutior a platone. in qua ꝑcussio orit a platone.

Sunt ablatiui plures rectore soluti
Discere discipuli debent doctore legente
Atqȝ loci nomē quandoqȝ regente carebit
Roma milicia vel humo vel rure domoqȝ
Rex venit: atqȝ meās normā seruabit eandē
Roma rothomago vernone meabit athenis
Seruat idē verbum sine motu: dum sociat
Nomen plurale: vel cui sit regula terne
Qui mō rure canit vernone canit vl' athenis
Ad nomē positū sic sepe relatio fiet
Vt vado romā: que menibus eminet altis

**Utrū lra** alexandri de absolutione ablatiui sit bñ assignata. Pro itellectiōe questionis more.

**Notandū** est pmo. Alex. postq̄ȝ determinauit d' regimie ipsius ablatiui. iam in fine istius capituli determinat de eius absolutōe. ꝛ ponit i textu tres modos

# De regimine Ablatiui.

Queris si possit adiectiuum sociari
Vt debet doctas bonus ire scolaris athenas
Per quo qua vel vbi sit questio siue p vnde
His intro iungas; hac illac pone meando
Hic illic istic intus foris est & vbiq
Hinc illinc istinc remeat foris intus & vnde

absolutionis ablti Primus modus: plures ablti in oratione positi sepius ponũt absolute sic q carent dictiõe a qua dñt regi. et tales ablti sic absolute positi dicũt poni in disignatõe ꝯsequentie. vt discipuli debẽt discere doctore legẽte.

**Pro quo notandũ. Ablatiuũ vl' abltõs** poni in designatiõe ꝯñe est ipm ablatiuũ vel ablatiuos equalere cõsequẽtie bone. Et hoc potest fieri qnq; modis. vt dt Heinric⁹ de campo. Primo qñdo vnus abltũs est noialis vl' pnoialis. ⁊ alter pticipialis expsse. vt me legẽte pueri pficiunt. Scdo qñ vnus est noialis vel pnoialis ⁊ alter participalis implicite. licet sit noialis explicite. vt me doctore discunt discipuli. que valet illã. me docẽte discunt discipuli. Tercio qñ abltũs vbi impsonalis passiue vocis ponit solitarie. vt dicto de regimine nũc dicendũ est de ꝯstructiõe. que valet illã. postq; dictũ est de regimine. nũc dicendũ est de ꝯstructione. Quarto qñ abltũs est vbi gerundiui exempte actionis. vt pluẽre fugiendũ est. Quinto qñ est ablatiuus verbi gerũdiui absolute. vt audiẽdo missaz vado ad ecclesiã. Sequit corrollarie q semp in his modis quãdo ablatiuus ponit absolute in designatiõe ꝯsequẽtie tunc debet esse pticipialis expresse vel implicite. Resoluunt aũt ablti positi in designatione ꝯñe tripliciter. Vñ v⁹.
Per dum ꝯ si per quia iure resolui. Abltũs habet q rectore caret. Sequit corrollarie scdo q ablatiui absolute positi faciunt ppositionẽ ypoteticã. patet corollarium ex resolutione.

**Notandum scdo. Alex. in textu postea** ostendit quõ vnus ablatiuus ponit absolute. Et vult talẽ regulã. Nomẽ ppriũ loci minoris in abltõ ꝯstructum cũ verbo absolute significãte motũ localẽ exteriorẽ de loco ad locũ etiã ponit absolute. vt rex venit roma. Et subiungit in textu q ad illã regulã etiã adiungunt ablatiui illoꝝ quattuor nominũ appellatiuoꝝ. Rus domus milicia humus. Hui⁹ regule declaratio sufficiẽt habet ex his q̃ dicta sunt superi⁹ de absolutiõe gti ⁊ acti. alexãder postea in textu ponit terciũ modũ de absolutiõe ablti. ⁊ est. Ablatiuus pprij nois loci minoris ptis nũeri tm̃. vel abltũs pprij nois loci minoris tercie declinatiõis ꝯstructus cuz vbis significatibus motũ vl' quietẽ. etiã ponit absolute. Exm̃ pmi rex canit. athenis. Exm̃ scdi. rex venit vernone. Et ad illã regulaz addit ablatiu⁹ huius nominis rus ruris. qui similiter ꝯstructus etiã ponit absolute.

# De absolutione Ablatiui.

Harũ regularũ dclaratio sufficiẽt pz ex p̃dictz de absolutiõe gti ⁊ acti⁹

**Notãdũ tercio Alex. in tex. mouet vnũ** dubiũ ⁊ est vtrũ dcõ posita absolute sit aduerbiũ vel nomen. ⁊ hoc mouet ideo quia multi gramaticoꝝ dixerũt q dictio absolute posita esset aduerbiũ ⁊ pbat duabus rõibus q dictio absolute posita est nomen ⁊ nõ aduerbium. Prima ratio est ista. Ad nullum aduerbium fit relatio grammaticalis. sed ad dictionẽ absolute positam fit relatio grammaticalis. ergo dictio absolute posita non est aduerbium. sed nomen. Maior quia antecedẽs ⁊ relatiuũ debẽt ꝯuenire in gñe ⁊ in numero ⁊ aliqñ in casu modo aduerbiũ nõ habet talia accñtia. Minor patz in exemplo littere cũ dr. Vado romã que menibus eminet altis. vbi hoc relatiuuz q̃ refert dcõnẽ absolute positã scz romã Scda ratio est isto. Ad nullũ aduerbiũ põt addi adiectiuũ sed ad dictionẽ absolute positã addit adiectiuũ ergo dictio absolute posita nõ est aduerbiũ sed nomẽ. Maior qa adiectiuũ ⁊ subm dñt ꝯuenire in tribus in numero in gñe ⁊ in casu. mõ aduerbiũ nõ habz talia accñtia. Minor patet in exemplo littere. vt dz doctas bonus ire scolaris athenas ⁊ capit hic in littera athenas nõ p ꝯtinente sed p ꝯtentis. Ciuitas eñ athenis nõ fuit docta. sed hoies in ciuitate fuerũt docti. Vñ Athenis dr ab a qd est sine ⁊ thene mors quasi sine morte ppt ppetuã sciaz ⁊ sic ꝯmittit figura q̃ dr metonomia.

**Notandũ quarto ⁊ vltimo q Alex. i tex** in fine subiũgit vnũ notabile ostendẽdo q aduerbia interrogatiua locoꝝ sunt quatuor scz quo qua vbi ⁊ vñ qd notabile habet veritatem de simplicibus. qa ꝯposita sunt plura vt quorsũz quousq;. ad quousq; rñdetur actũs cũ p̃põe vsq; vt quousq; vadis rñdet vsq; ad montẽ dñi. sz ad quorsuz rñdet actũs cũ p̃põe vsus vt quorsuz vadis rñdet versus ciuitatẽ. Dupliciter aũt possumus rñdere ad talia aduerbia interrogatiua locoꝝ gñalit. Vno mõ noialit ⁊ sic ad quo rñdet actũs cũ p̃põe ad vt q̃ vadis rñdet ad ciuitatẽ. Ad qua rñdet actũs cũ p̃põe p vt qua vadis. rñdet p ciuitatẽ. sed ad vñ rñdet abltũs cũ p̃põe de vt querẽdo vñ venis rñdet de monte. Sed ad interrogationẽ factã p vbi rñdet abltũs cũ p̃põe in vt vbi es rñdet in domo. vsus. Quo petit ad qua p. in vbi. sed depetit vnde. Alio modo possumus rñdere ad interrogationẽ factam p ista aduerbia aduerbialiter ⁊ sic ad quo rñdet huc illuc istuc. Ad qua rñdet hac illac istac. Ad vbi rñdetur hic illic istic. Ad vñ rñdetur. hinc illinc istinc. quõ tamẽ specialiter sit respondendũ ad interrogationẽ factã p ista aduerbia p noia ppria locoꝝ maioꝝ ⁊ minoꝝ docet circa Donatũ. Istis notabilibus sic stantibus est.

**Conclusio responsalis Littera Alex. de** absolutiõe ablatiui est sufficiẽt assignata. pz veritas ꝯclusiõis ex dictz.

# De absolutiõe Ablatiui.

**Arguit̄ primo.** Jllud quod regit̄ nõ ponit̄ absolute. sed oĩs obliquus regit̄ igit̄ ablr̄us nõ ponit̄ absolute quia est obliquus. Maior est nota quia regi ⁊ absolute poni sunt opposita. mõ opposita expellũt se mutuo. Minor est Prisciani pri̇o minoris ꝙ om̄is obliquus habet referri ad verbũ. si ergo om̄is obliquus refert ad verbũ videt̄ ꝙ om̄is obliquus regat̄ a verbo. Dico verũ argumentũ ꝯcludit ꝙ om̄is obliquus fert̄ ad verbũ nõ sub rõe regiminis. sed ꝯstructõis. sic ꝙ si obliquus dꝫ ꝯstituere orõeꝫ ꝑfectã dꝫ ei addi verbũ. q̄a sine verbo orõ ꝑfecta ꝯstitui nõ põt.

**Arguit̄ scd̄o.** Ablatiuus nõ ponit̄ in designatiõe ꝯsequentie igitur ꝓbatur. om̄is ꝯsequentia habet antecedens ⁊ consequens. sed ablatiuus nõ habet antecedens ⁊ ꝯsequẽs igit̄ Maior patet ex diffinitiõe ꝯsequentie. Minor patet quia ablatiuus ẽ simplex dictio. modo simplex dictio nõ habet antecedens ⁊ consequẽs. Dico ꝙ ablatiuus positus absolute non sic ponitur in designatiõe cõsequentie ꝙ ip̄e haberet antecedens ⁊ ꝯsequens. sed quia ip̄e equiualet orationi in qua oratiõe est antecedens ⁊ ꝯsequens.

**Arguit̄ tercio.** Ablatiuus proprij nominis loci minoris nõ ponitur absolute igitur probatur in isto exemplo a roma. probatur quia iste ablatiuus roma regitur a prepositione a parte post. Dico ꝙ Alexander nõ voluit ꝙ semꝑ ablatiuus ꝓprij nomiuis ponit̄ absolute sed voluit. ꝙ ponit̄ absolute quando ꝯstruit̄ cum verbo qð ꝑ̄cat motũ de loco ad locũ vt rex venit roma.

**Arguit̄ quarto.** In istã magistro legente pueri proficiunt magistro legente nõ ponuntur absolute. igitur probatur antecedens quia regunt̄. ergo nõ ponuntur absolute. Tenet consequentia ex oppositis. antecedens patet quia predicta oratio valet tantũ pueri proficiunt propter magistrũ legentẽ in qua illi accusatiui magistrũ legentem reguntur a prepositiõe ꝓpter. Dico veruꝫ argumentũ concludit ꝙ considerando predictam orationẽ in sensu cathegorico tunc bene reguntur. sed in sensu ẏppothetico tũc bene ponũtur absolute vt patet in declaratione.

**Arguit̄ quinto.** Hic est regimen magistro legente pueri ꝓficiunt. probatur sic vbicunqꝫ dictio cogit̄ stare in certo casu ita ꝙ nõ in quolibet alio. est regimen sed hic est sic. g̊ hic est regimen. magistro legente pueri ꝓficiunt. Maior patet ex diffinitiõe regiminis. Minor patet. quia si hee dictiones ponerentur in alio casu nõ ponerentur absolute. Dico verum argumentũ concludit ꝙ in ista magistro legente pueri proficiunt. illi ablatiui coguntur in certo casu sed non a dictione regente. sed potius ideo quia equiualent antecedenti ~~⁊ ꝯsequenti.~~ antecedens em̄ habet se vt terminus a quo. modo ablatiuus significat per modũ vt a quo. ⁊ ergo ablatiui absolute positi potius coguntur stare in ablatiuo casu q̃ȝ in alio.

# De regimine ꝑticipioꝝ.

**Arguit̄ sexto.** Dcões absolute posite nõ sunt noĩa igit̄ añs ꝓbatur. qcq̄d determinat verbũ est aduerbium sed dcõnes absolute posite determĩant verba. igit̄ dcõnes absolute posite nõ sunt noĩa sed aduerbia. Maior ꝓpriũ aduerbij est determinare verbũ. mõ ꝓp̄a passio nõ derelinquit suũ subiectũ. Minor est Priscia. in maiori volumine in capitulo de aduerbio vbi oñdit ꝙ in his orõib⁹ venio roma. vado romã. dcõnes absolute posite specificant verba. Dico ꝙ Priscia. nõ voluit ꝙ dcões absolute posite essent aduerbia. sed voluit ꝙ dcõnes absolute posite hñt hñ ꝯditiões aduerbioꝝ. nõ tñ sequit̄ ꝙ sunt aduerbia. ⁊ sic ponũt̄ ꝭm eum loco aduerbioꝝ.

**Arguitur septimo.** Plura sunt aduerbia interrogatiua locoꝝ q̃ȝ quatuor. ergo littera Alex. falsa ꝓbat̄ añs: quia quorsum quousqꝫ etiã sunt aduerbia interrogatiua locoꝝ vt dicunt gramatici. Dico ꝙ tm̄ quatuor sunt aduerbia interrogatiua locoꝝ simplicia. sed ꝯposita ꝯputando plura sunt q̃ȝ quatuor.

**Arguit̄ octauo.** Autoris ꝓcessus est imꝑtinens igit̄ ꝓbatur quia intencio autoris est velle determinare de regimine ablatiui. hic aũt determinat de aduerbijs interrogatiuis locoꝝ. igit̄ ꝓcessus suus est imꝑtinens. Maior est nota minor siľr. Dico verũ argumentũ ꝯcluderet si hic determinaret de aduerbijs interrogatiuis locoꝝ principaliter. sed hoc solum facit incidentaliter ⁊ nõ intentione principali.

¶Participãs qđ in ans vľ in ens sit dicito pñs
Tus sus xus dat preteritũ: rus dusqꝫ futurum
Quere per actiua presens in rusqꝫ futura
Que dabit actiuũ dabit hoc eadem tibi neutꝝ
Sunt per passiua tibi cetera significanda
Deponens terna tibi dat: cõmune quaterna
Lex tamen est talis: ꝙ que caruere supinis
Nõ possunt rectũ per rus formare supinuum
In verbi genere que sit significatio quere
Hinc tibi multimodũ: credas regimẽ referãdũ
Dum mutat regimen fit participãs tibi nomen
Dum perdit tempus: dum cõparat: associamus
Istis cõpositũ: dum simplex sit tibi verbum

**Utꝝ littera** Alex. de ꝑticipijs sit bene assignata. Pro intellectiõe littere.

**Notandũ** ẽ prio. Alex. postq̃ȝ determinauit de regimine oĩm casuũ vt artẽ de regimie ꝑfecte traderet iã naturã ⁊ ꝑ̄cationẽ ꝑticipioꝝ declarat. vñ regimẽ ꝑticipioꝝ intelligi faciliꝰ põt. In primis ergo certas regulas de ꝑticipijs ponit quarũ prima est ista.

Participia in ans vel in ens terminata sunt pn̄tis tp̄is vt amans legēs quod intelligendū est essentialit᷑. quia accn̄talit᷑ ꝑticipium pōt trahi ad tp̄us ptm̄ vel futurū. vt eñ cōiter dr̄ in gramatica ꝑticipiū ſcat cū tp̄e limitabiliter q̄ꝛ p dictionē aliā importantē tp̄s pōt trahi accn̄taliter ad aliā dc̄ones tp̄is. vt cū dico absolute. legens est pn̄tis tp̄is. cū aūt dico fui legens est preteriti tp̄is. cū dico ero legens est futuri tp̄is. Scd̄a regula. Participia terminata in tus sus vel xus sunt preteriti tp̄is. de tus vt amatus. de sus vt visus. de xus vt nexus. ⁊ sic Alex. vult ꝙ terminatiões ꝑticipioꝝ p̄teriti tp̄is sunt tres. alij aūt gramatici plus distīcte loquentes de terminatiōibus ꝑticipioꝝ p̄ti tp̄is adhuc adiūgūt quatuor stus. vt pastus psus. vt lapsus. ptus vt captus ctus vt lectus tn̄ Alex. cō ꝓhendit istas sub terminatiōie tus. Tercia regula ꝑticipia terminata ī rus ⁊ in dus sunt futuri tp̄is vt amaturus ⁊ amandus.

## Notandū secundo Alex. in textu ponit

quinq̄ꝫ regulas ostēdendo quot ⁊ que ꝑticipia deriuant᷑ a quolibꝫ v̄bo. Prima regula a verbo actiuo actiui gn̄is deriuant᷑ duo ꝑticipia scꝫ pn̄s in ans vel in ens. ⁊ futurū in rus. vt ab amo venit amans ⁊ amaturus. Formant᷑ aūt ꝑticipia pn̄tis tp̄is in ans vel in ens terminata s̄m Pris. a p̄ma ꝑsona preteriti imꝑfecti indicatiui modi mutando bam vel bar in ns. vt amabā muta bam in ns erit amans. loquebar mutando bar in ns erit loquens. Rō aūt quare format᷑ a p̄ma ꝑsona. q̄a p̄ma ꝑsona ē dignior q̄ꝫ scd̄a ⁊ tercia mō a digniori fit denoīatio. ꝙ autē p̄ma ꝑsona sit dignior scd̄a ⁊ tercia ptꝫ quia prima ꝑsona concipit scd̄aꝫ ⁊ terciā ⁊ nō ecōuerso. om̄e aūt agens prestantius est passo. iij. de aīa. Participia aūt terminata in rus veniunt ab vltimo supino ꝓducendo ū ⁊ addēdo rus erit amaturus. Scd̄a regula a verbo neutrius generis formant᷑ etiaꝫ duo ꝑticipia pn̄s in ans vel in ens ⁊ futurum in rus. vt a sto venit pn̄s stans futurū staturus ⁊ intelligitur hec regula de verbis neutralibus que tam voce q̄ꝫ ſcatione. ⁊ etiā formatiōe tp̄m sunt neutralia. ⁊ hoc dr̄ ꝓpter verba neutro passiua q̄ hn̄t tria ꝑticipia. vt gaudeo habet gaudens gauisus ⁊ gauisurus. sed gaudeo nō est simpl'r neutrū. Tercia regula. a verbis passiuis veniūt duo ꝑticipia preteritū in tus sus vel xus ⁊ futurū in dus vt ab amor venit amatus ⁊ amandus. Formant᷑ autēꝫ participia preteriti tp̄is in tus terminata ab vltimo supino addendo simpliciter s vt amatu addendo s erit amatus. Participia aūtē futuri tp̄is ī dus terminata formāt᷑ a gtō singulari ꝑticipij ī ans vel in ens terminati. vt amandus format᷑ a genitiuo singulari amantis mutando tis in dus erit amādus. Quarta regula verbū deponētis generis format de se tria participia vt loquor habet presens preteritū ⁊ futurū vt loquēs, locutus ⁊ locuturus. Quinta ⁊ vltima regula verba cōis gn̄is formāt d̄ se quatuor ꝑticipia presens preteritū ⁊ duo futura. vt criminor habet criminans criminatus criminaturus criminandus. Sequit᷑ cor



larie ꝙ baccalariandus doctorandus magistrādus loquendus nō sunt ꝑticipia sed noīa. Ratio q̄a si essent ꝑticipia tūc deberent deriuari a v̄bis cōis gn̄is qd̄ est falsuꝫ. quia magistor doctor baccalarior sunt v̄ba deponentis gn̄is a quibus nō veniūt ꝑticipia terminata in dus. vn̄ dixit Petrus helie. rursus de neutris vel deponentalibus in dus noīa ꝓcedunt que participantia nō sunt.

## Notandū tercio ꝙ Alex. ponit in textu

vnā regulā de formatiōe ꝑticipioꝝ ⁊ vult talē regulā. Uerba carētia supinis nō pn̄t de se formare regularit᷑ ꝑticipia futuri tp̄is in rus t̄minata. Ratio quia deficiente causa deficit ⁊ effectus. mō vltimū supinū est causa ꝑticipij futuri tp̄is in rus terminati. si ergo aliquod verbū caret supinis etiā tale verbū caret futuro terminato in rus. vt om̄ia verba q̄ ſcant splendorē carent supinis om̄ia etiā talia carent futuro ꝑticipij in rus terminato excepto hoc verbo fulgeo qd̄ habet fulsum in supino ⁊ fulsu in vltimo supino. v̄ Om̄ia splendorē dicas caruere supinis. Excepias vnū quod tibi fulgeo fulsuꝫ. Sil'r hoc verbū studeo caret supino. quod etiā caret ꝑticipio ī rus terminato q̄a caret supino. Postea Alex. de significatiōibus ꝑticipioꝝ assignat regulā ⁊ dr̄ ꝙ ꝑticipiū est illi⁹ ſcatiōis cuius generis est ip̄m verbū a quo descendit vt si ꝑticipiū descendit a verbo actiui generis est actiualis ſcatiōis. Si a verbo passiuo est passiualis ſcatiōis. ⁊ intelligit᷑ illa regula vt in plurimū quia hoc veritatē nō habet in ꝑticipijs descendentibus a verbis cōis generis vn̄ dr̄ Florista. Uerbū cōe q̄ꝫuis agit ⁊ patiat᷑ Sola p ans ens rus actō ſcatur. Tus solū patitur per dus vtrūq̄ꝫ ſcatur. ⁊ subiūgit Alex. in textu ꝙ ex ſcatiōe ꝑticipij ex ꝯn̄ti cognoscit᷑ regimen ip̄ius ꝑticipij. Ratio q̄a quēcūq̄ꝫ casum regit verbū a pre post eūdē etiā regit eius ꝑticipiū vt sicut ꝯgrue dr̄ amo deum. sic ꝯgrue dr̄ amans deum. ⁊ sicut ꝯgrue dr̄ amor a deo sic ꝯgrue dicitur sum amatus a deo. Intelligitur tamē hoc ꝙ ꝑticipium regit eundē casum a pte post quē verbū dūmodo participiū ē ita latum in ſcando sicut verbū a quo descendit ꝙ dr̄ notanter ꝓpter hoc participiū criminās quod regit tm̄ actm̄ a parte post vt criminās te licet eius verbū criminor regit tam accusatiuū q̄ꝫ ablatiuū. sed hoc non est contra regulā. quia ꝑticipiū criminās nō est ita latū in significando sicut hoc verbū criminor. criminās eñ ſcat actiue tm̄ sed criminor ſcat actiue ⁊ passiue simul. ⁊ ergo dicit Donatus ꝙ verba cōia ſꝫ se sumpta cadunt in duas formas. i. duplicē ſcationē quia ſcāt actie ⁊ passiue sil'.

## Notandū quarto ⁊ vltimo. Alex: in fine

huius capituli ostendit quomodo participiū quatuor modis trāsit in vim noīs. Pro quo notandū participiū transire in vim nominis intelligitur dupliciter. Uno modo materialiter vt scꝫ ꝙ eadeꝫ vox in specie que reperitur in participio, etiā reperitur in noīe. ⁊ sic possibile est partici

piū trāsire in vim nois Scđo hoc intelligitur formaliter sic ꝙ modus significandi participij mutaretur in modū ſcandi nois ⁊ sic nō est possibile. ratio quia nomen ⁊ participiū differunt ⁊ distinguūtur specifice. modo illa que differunt specifice vnū nō fit aliud. species em̄ rerū transmutari nō possunt priori forma manente. Quatuor ergo modis pticipium dicit transire in vim nois. Primo transmutatiōe regiminis quādo scʒ vox similis participio regit alium casum ꝗ̄ʒ verbū. vt amans vini amo em̄ regit a parte post accusatiuū. Amans aūt regit gtm̄ cum dico. amans vini. Scđo quando nō significat tpus vt natus meus pulcer est in qua oratione natus est nomen ⁊ valet tm̄ sicut filius. sed ibi christus natus est ibi natus est participiū ⁊ ſcat cū tpe preterito. Tercio quando vox similis participio compat. vt amans amantior amantissimus. Participiū em̄ nō compatur ratio quia illđ quod debet compari debet suscipe magis ⁊ minus sed significatū participij nō potest intendi ⁊ remitti. patet quia participiū ſcat p modū fluxus ⁊ fieri. fluxus aūt est de genere successiuoꝝ ⁊ continuoꝝ continuū autē ⁊ successiuū est de genere quantitatis. quantitas aūt nō intenditur nec remittit. Quarto quādo vox similis participio componit cū prepositione cum qua suuʒ verbum cōponi nō potest vt indoctus. nō em̄ dicimus indoceor. Istis notabilibus sic stantibus est.

## Conclusio responsalis. Littera Alexandri

de participijs est bene assignata. patet conclusio ex his que dicta dicta sunt in notabilibus.

**Arguit primo.** Participia terminata in ans vel in ens non sunt presentis temporis igitur probatur. Illud quod limitatur a pñti tpe nō est presentis tpis. sed pticipia terminata in ans vel in ens limitantur a presenti tpe ergo nō sunt presentis tpis. Maior est nota. quia illud quod absoluit ⁊ spoliatur ab aliquo nō habet illud. Minor patet quia dicendo fui legens. hoc participium legens limitatur ad tempus preteritū. sed cum dico. ero legens hoc pticipiū limitatur ad tempus futurū. Dico ꝙ licet participiū limitatur a tempore nō tamen sic ꝙ fieret alterius temporis. vel quod vnū tpus mutaret in aliud sed ꝙ participiū significat actum qui aliquando fuit respectu alicuius presens licet nunc sit preteritus. vt Adam fuit legēs ⁊ sic participium limitatur a tpe accñtaliter solū ⁊ nō essentialiter.

**Arguit scđo.** Plures sunt terminatiōis participioꝝ preteriti temporis quam tres ergo littera Alexandri est insufficiens. probatur antecedens quia aliqua terminantur in ptus vt captus aliqua in stus vt pastus. Aliqua in ctus vt lectus. Aliqua in psus vt lapsus. ⁊ istas terminatiōes Alexander nō enumerat videtur ergo ꝙ est diminutus. Dico licet plures sint terminatiōes preteriti tēporis quam tres tamen Alexander ꝯprehendit illas sub istis. ⁊ etiam



ponit tres principales. scʒ. tus. sus. xus.

**Arguit tercio.** Processus Alexandri est supfluus igitur littera male posita. probatur antecedens. Intencio Alexandri est velle determinare de regimine ⁊ constructione. sed hic Alexander determinat de participijs. ergo littera Alexandri est male posita. Maior est nota quia determinare de significatione pticipiorū non est determinare de regimine. Minor est nota. Dico veruʒ argumentum concludit ꝙ principalis intencio Alexandri est determinare de regimine tamen ex consequenti hic determinat de significatione participioꝝ vt per hoc regimen pticipioꝝ potest perfecte intelligi.

**Arguit quarto.** Aliquod est verbū preteriti temporis ꝙ non terminatur in aliquam istaruʒ terminationum. Probatur de isto participio mortuus quod est preteriti tēporis ⁊ tamen non terminatur in aliquam istarū terminationū vt notum est. Dico verum argumentū ꝯcludit ꝙ iste terminationes hic posite sunt terminationes participioꝝ preteriti temporis regulariter formatorū modo mortuus formatur irregulariter

**Arguit quinto.** Verbum neutrius generis non format eadem participia sicut verbum actiui generis. Probatur sic diuersificatis causis diuersificant effectus. sed verbuʒ actiui generis ⁊ neutrius generis sunt diuerse cause ergo etiā formāt diuersa participia. Maior est nota quia diuersa. diuersa operātur. Minor est nota quia verba actiui generis ⁊ neutrius distinguntur specifice. Dico verum argumentū concluderet si Alexander diceret hic idemptitatem nature ⁊ ydemptitatem materialem. sed dicit ydemptitateʒ formationis quo ad terminationem.

**Arguit sexto.** Verbum neutrius generis format plura participia quam duo igitur. Probatur de isto verbo gaudeo qđ ē neutrius gñis ⁊ format tria participia scilicet gaudens gauisus ⁊ gauisurus. Dico ꝙ regula Alexādri intelligit de verbo neutrius generis quod est neutrius generis simpliciter scilicet tam significatione quam formatione temporum. modo gaudeo non est neutrius generis formatione temporum quia habet participium passiue terminationis scilicet gauisus.

**Arguit septimo.** Participium non est eiusdem significationis cuius generis est verbum a quo descendit. Probatur quia criminans est significationis actiualis tantū vt grammatici dicunt. ⁊ tamen est generis conmunis. Dico qđ regula Alexandri intelligitur qđ participium est eiusdem significationis cuius generis est verbum. Verum est hoc quando participium est ita latum in significando sicut verbum a quo descendit quod non est hic. vt declaratum est in tercio notabili.

**Arguit̄ octauo.** Participiū nō pōt trāsire in vim nois igit̄ Jlla que differūt specifice vnū nō fit aliud sed nomē ⁊ verbū drn̄t specifice igit̄ pticipium nō transit in vim nois. Maior quia spēs rerū transmutari nō possunt queadmodū etiā de homine nō fit asin⁹. Minor q: pticipiū ⁊ nomē hn̄t modos ſcādi disticros specifice. ergo etiā drn̄t specifice. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ pticipiū nō transit in vim nois formaliter. sed bene materialiter ⁊ sic res specifice differētes hn̄ transmutant̄. vt de hoie fit asinus rōe materie. Silr̄ de lana fit securis vt dr̄ ꝯmētator. j. phicoꝝ p longā transmutatione. oīm em̄ gn̄abiliū ⁊ corruptibiliū eadē est materia vtꝫ j. de gn̄atione quō tn̄ pticipiū transit in vim nois declaratū est in quarto notabili.

¶Est post predicta constructio iure locanda
In geminas partes cōstructio scinditur illi
Transitio debet intransitio ꝙ subesse
Cū partes: per quas cōstat cōstructio plena
Signant diuersa constructio transeat illa
Iudicium fit idem tanquā diuersa notanda
Hanc in mēbra duo distinguere cōuenit eius
Sunt species simplex que trāsit queqꝫ retrāsit
Est intransitio tibi per predicta notanda
Per binas species hāc distingues: quia simplex
Hanc intransitio pariterqꝫ reciproca scindunt
Ecce per exempla tibi res est notificanda
Hic sociū superat. vel Marcū Tullius orat
Exorat Marcū Cicero ꝙ diligat ip̄m
Tullius est Marcus bos est leo capra iuuenca
Se regit hic. ego me: tu te: nos diligimus nos
Isti se sociant: vos autem diligitis vos
Actus transitio personarūqꝫ notentur
Quando nō transit actus: nec passio cuiquam
Infertur: nunqꝫ transit constructio plena
Filius Alphei iacobiqꝫ maria quiescunt.

**Utrū lr̄a** Alex. de ꝯstructione gramaticali sit sufficienter assignata. Pro intellectiōe questiōis nōte.

**Notandū** est primo ꝙ ratio ordinis est ista q̄re Alex. in cap. pcedenti determinauit de regimie Nūc em̄ determinat de ꝯstructiōe. Cōstructō em̄ presupponit regimē sicut em̄ in natura ptes prius disponūt anteqꝫ expiratio ꝯstituat̄. dr̄ em̄ scdo phisicoꝝ. Ars imitat̄ naturā sic ⁊ in arte anteqꝫ dcōes adinuicē construūt̄ ⁊ ordinant̄ prius debet regi ⁊ disponi. vnde recte Alex: dixit. Est post predicta ꝯstructio iure.



Pro intellectiōe aūt hoꝝ que hic dicunt̄ sciendū ꝙ ꝯstructio capit̄ dupliciter. Primo communiter. scdo ppꝛie. tercio ppꝛiissime. Cōstructio cōmuniter capta est cōbinatio dictionū adinuicē ad ꝯstituendum aliquem sensum audienti. ⁊ sic ꝯstructio cōuertit̄ cū orōe de qua determinat in pmo periarmeniaꝝ. Et sic ꝯstructio dicit̄ a cō qđ est simul. ⁊ structio vel strues quasi aliquoꝝ simul adinuicē structio. Scdo capit̄ ꝯstructio ppꝛie. ⁊ sic capit autor modoꝝ significādi diffiniēs ꝯstructionē. vt patet infra. ⁊ sic dicit̄ ꝯstructio quasi cōueniens vel ꝯgrua structio. Tercio capit̄ cōstructio ppꝛiissime. ⁊ sic constructio est cōgrua dictionū in oratiōe pfecta positarū ordinatio. congruā pfectāqꝫ sententiā demonstrās. ⁊ sic dr̄ ꝯstructio quasi cōpleta structio. ⁊ isto modo ꝯstructionē capit ⁊ diffinit Priscianus. Sequit̄ corrollarie pmo ꝙ nulla oratio incōgrua est ꝯstructio. patet q: cōstructio dicit ꝯgruū ordinē dictionum adinuicē ⁊ pportionē dictionū. cōstat aūt ꝙ incōgrue struere plus est destruere qꝫ ꝯstruere. Sequit̄ corrollarie scdo ꝙ alique sunt ꝯstructiones pfecte. alique impfecte. vt hec est ꝯstructio impfecta. albus homo. hec vero pfecta. hō currit. vt patebit. Sequit̄ corrollarie tercio ꝙ alique ꝯstructiones possunt dici totales ⁊ alique partiales. Cōstructiones iste dicunt̄ totales que causant orationē perfectā vt que sunt composite ex supposito ⁊ apposito. sed iste dicunt̄ partiales que sunt composite ex determinatiōe ⁊ determinabili. vt albus homo. volo legere: Sequit̄ corrollarie quarto ꝙ aliter alexāder loquit̄ de ꝯstructiōibus ⁊ aliter autor modoꝝ significādi. alexāder em̄ determinat de ꝯstructionibus totalibus ⁊ pfectis. autor modoꝝ significādi de ꝯstructionibus etiā partialibus ⁊ impfectis. vt albus homo. Sequit̄ corollarie quīto ꝙ diffinitio ꝯstructiōis data ab autore modoꝝ ſcādi nō excludit ꝯstructiōes ptiales. ſꝫ diffinitio pſci. hn̄ excludit ptiales ⁊ dat̄ solū de totalib⁹.

**Notandū scdo. ꝙ ſm intentōem iohan**nis ianuēsis in catholicon ꝙ sicut in natura inuenit̄ triplex motus. vt patet pmo celi. scꝫ motus rectus: motus circularis ⁊ motus cōpositus Motus rectus est q̄ fit a medio vl' ad mediū. quo motu mouent̄ quattuor elemēta. Duo em̄ elemēta vt leuia sicut ignis ⁊ aer mouent̄ a medio sursū. duo aūt elemēta grauia scilicet terra ⁊ aqua mouent̄ ad mediū. ⁊ isti motui recto pportionat̄ ꝯstructio trāsitiua quia sicut motus rectus fit p lineā rectā. sic in constructione transitiua denotat̄ fieri trāsitio recte actionis vel passionis a re significata p suppositū in rem significatā per obliquū sequentē. vt ego lego lectionē. Scdus motus in natura dicit̄ circurlaris qui fit circa mediū mūdi per lineā circularem quo motu mouent̄ corpa celestia. Dicit̄ em̄ scdo celi ꝙ motus circularis est pfectissimus mot⁹. eo ꝙ caret principio ⁊ fine. Et recte ergo attribuit̄ corpibus celestibus. ⁊ isti motui pportionat̄ ꝯstructio reciproca, sicut em̄ in motu circulari mobile incipit moueri ab aliquo loco. ⁊ re-

uertit in eundē terminū. sic in ɔstructione reciproca actus vel passio ꝓcedens a supposito reuertit in eandē rē ꝫ vñ exiuit. vt ego diligo me. Terci⁹ motus in natura est mot⁹ cōpositus vt est mot⁹ tract⁹. q ɔponit ex recto ꝛ circulari. ꝛ illi ꝓporcionat ɔstructio retransitiua. qꝛ talis est cōposita ex duab⁹ trāsitiuis. vt ego diligo petrū vt petrus diligat me. sed qꝛ qes in natura est ꝓuatio motus. sic etiā in arte reperit ɔstructio q̄ ꝓporcionat quieti. vt ɔstructio intrāsitiua. Rō. qꝛ sicut in natura illud quiescit qꝺ nō mutat de loco ad locū. sic in arte illa cōstructio que significat actionē vel passionē verbi manere in re significata ꝑ suppositum dicitur intrāsitiua. vt iohānes currit.

## Notandū tercio ꝙ de ɔstructione reciproca

